IO. BAPTISTÆ MAGONI CAVSIDICI PAPIENSIS,

De Notariatus Fidelitate COMMENTARII.



Fidele amicorum obsequium, in quo consistat, & ad amicitiam veraciter conseruandam, quænam concurrere debeant. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *AMicitia quid sit.*
2 *Amicus fictus scorpioni æquiparatur.*
3 *Adulatores, hostes, & diaboli scintillæ esse dicuntur.*
4 *Pæstis nulla maior, quam familiaris inimicus.*
5 *Amicitiæ, proprius effectus quinam sit.*
6 *Amicitia vera, quænam requirat.*
7 *Amicus verus, quis de iure ciuili esse dicatur.*



DE particulari igitur nõnullorum fide seruanda tractatur⁹: sicuti in prima hui⁹ operis parte de singulorum auctoritate disceptatum fuit, ita etiam de illorum fidelitate enucleare, conueniens existimo: exordiẽdo namquè assumptum illud, qualiter scilicet amicus versus amicum fidem seruare teneatur, à fideli ideo amicorum obsequio inchoare licet.

Prætereunda igitur non est amicitiæ definitio, quàm Cicero
1 rerũ † humanarum, & diuina-

A rum,



IO. BAPTISTÆ MAGONI CAVSIDICI PAPIENSIS,

De Notariatus Fidelitate COMMENTARII.



Fidele amicorum obsequium, in quo consistat, & ad amicitiam veraciter conseruandam, quænam concurrere debeant. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Amicitia quid sit.*
2 *Amicus fictus scorpioni æquiparatur.*
3 *Adulatores, hostes, & diaboli scintillæ esse dicuntur.*
4 *Pestis nulla maior, quam familiaris inimicus.*
5 *Amicitiæ, proprius effectus quinam sit.*
6 *Amicitia vera, quænam requirat.*
7 *Amicus verus, quis de iure ciuili esse dicatur.*



DE particulari igitur nõnullorum fide seruanda tractatur: sicuti in prima hui⁹ operis parte de singulorum auctoritate disceptatum fuit, ita etiam de illorum fidelitate enucleare, conueniens existimo: exordiẽdo namquè assumptum illud, qualiter scilicet amicus versus amicum fidem seruare teneatur, à fideli ideo amicorum obsequio inchoare licet.

Prætereunda igitur non est amicitiæ definitio, quàm Cicero
1 rerũ † humanarum, & diuinarum,

rum, cum beneuolentia, & charitate consensionem esse, sic definit, & ex qua quid verus amicus, erga amicum sit facturus, clarè dignoscitur: ideò dicit cum beneuolentia, & charitate (non tamen de ficta loquendo) quoniam, qui se amicum fictè demonstrat, hoc amici nomine caret, adulatoris verò attributionem meretur; & vt dicit Diuus Greg. super Ezech.
2 [Scorpio est, † qui palpando incedit, sed cauda ferit] Hinc est, quod dicit Diuus Hieron.
3 in Esaiam [Adulatores † sunt hostes, & scintille Diaboli] quare Spec. in §. 9. num. 7. tit. de
4 Aduoc. nulla † (inquit) pestis maior, quàm familiaris inimicus: caueas tamen à familiari inimico, vt dixi in prima parte cap. 2. quoniam, qui recipit inimicum in familiarem, dicitur nutrire murem in pera, serpentem in gremio, & ignem in sinu c. & si Iudeos de Iudeis, & Dec. in c. cum adeò in fin. de rescrip. sed de propria patenti, cordiali, ac vera beneuolentia atq; charitate, & de qua idem Cicero diserēs ait scilicet [Pro
5 prius † enim amicitiæ actus, est conuiuere delectabiliter, & vnanimiter, quia amicorū, idē nolle, idem velle est] & Arist. adducere solebat [verus amicus est alter ipse] vnde Sæneca [si aliquem amicum existimas cui non tantum vis quantum tibi, vehementer erras] & hęc amicitia, vitæ humanæ est necessaria, vt habetur ex Arist. octauo Aethic. lib. ideo Quintil. Declamat. lib. 5. dixit [non reperio, quid in rebus humanis excogitauerit natura præstantius, amicitia] & vt Valer. Max. libr. 4. adducit [Deserta est vita hominis, nullius amicitiæ cincta præsidio] quare ex Ariosto hi colliguntur versus, ad demonstrandam quoq. fidē quam promissam amicus seruare debet, scilicet.

La fede vnqua non debbe esser corrotta,
O data à vn solo, ò data insieme à mille.
Et così in vna selua, in vna grotta,
Lontan da le cittadi, & dalle ville,
Come i dinanzi à tribunali in frotta
Di testimoni, di scritti è di postille.
Senza giurar, ò segno altro più espresso.
Basta vna volta, che s'habbia promesso.

6 Vera siquidem † & fidelis amicitia, huiuscemodi requirit proprietates, seu qualitates videlicet.

Primo, vt semper sit recens, neq, diuturnitate tēporis tæpescat.

Secundo, vt omnibus pateat, & amicus amicum suum publicè confiteri non erubescat.

Tertio, vt in arduis amicus, & in persona, & in rebus promptus quandocumq. reperiatur.

Quarto,

Quarto, vt perpetuo seruetur amicitia.

Quinto, vt & in prosperis, & in aduersis constans permaneat.

Sexto, vt intrinsecum amico non abscondat.

Septimo, vt cor verbis, & verba cordi corresponsionem tribuant.

Octauo, vt nullo tempore aboleatur, nullaue locorum intercapedine amicum separet amicitia.

Quocirca prudenter Ariostus huiusmodi cantauit scilicet.

Alcun non può saper da chi sia amato,
Quando felice in sù la ruota siede:
Però, c'hà i veri, e i finti amici à lato,
Che mostran tutti vna medesma fede.
Se poi si cangia in tristo il lieto stato,
Volta la turba adulatrice il piede;
Et quel che di cuor ama riman forte,
Et ama il suo signor doppo la morte.

Quocirca prædictas amicitiæ proprietates apud Romanos pictura demonstrabat, depingebatur etenim.

Primo iuuenis forma.

Secundo discooperta capite.

Tertio rudi tunica induta.

Quarto in cuius fimbria mors, & vita, necnon &

Quinto in fronte æstas, & hyems scriptum erat.

Sexto latus apertum vsq. ad cor habebat.

Septimo brachiumq. inclinatum digito cor ostendens.

Octauo longè, & propè descriptum habens.

Quæ omnia, (vbi in eum, qui se amicum demonstrat haud cõcurrant) vtiq in illo vera amicitia abesse videtur, & ideo illum amicum existima, cui omnia prædicta adiuncta esse videbis de eoq. tamquam fideli confidere poteris, & (vt inquit Sapiens in Eccles. c. 6.) [Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum,] & ibidem [Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem
7 fidei illius] & quisnam† de iure ciuili amicus dicatur vide Alex. in l. nõ solum §. qui alieno ff de procurat. per glos. in l. si pupillus §. si ego ff. de negot. gest. & in l. is, qui amicitia eod. tit. & in l. latæ ff. de verb. significat. in reliquis supple, tu, & prout in prima huius operis parte in cap. 2. de amici auctoritate.

Parentum obedientiam filijs singulariter spectare, cuiusq; effectus multiplices patefacti disegnantur. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 PAter de iure naturali ad alimenta filij tenetur.
2 Pater non solum ad alimenta erga filios, sed & eis substantiam in hæreditate relinquere tenetur:
3 Parentes, instar Aquilæ, ad cæterorum brutorum filios, ad actus bonos prouocare debent.
4 Patris actio, filij instructio dicitur esse.
5 Patris qualitas, eadem in filio consideratur adesse.
6 Filia talis, qualis mater præsumitur esse.
7 Patrem, vel matrem ad decipiendos filios quidquã facere non est præsumendũ.
8 Lex de patre multum confidit.
9 Filius à Philos (hoc est) amor deriuat.
10 Pater magis filium diligere præsumitur, quàm è contra.
11 Filius patre meliorem amicum non habet.
12 Filius deuotus, actionem patris bonam immitari debet.
13 Filius quidquam non facit nisi illius patrem viderit facientem.
14 Filius patri obedire paratus esse debet.
15 Patris iussus filium à periurio excusat.
16 Filius in delictis præcipuè attrocioribus patri obedire non tenetur.
Quod tamen limitatur duplici modo.
Primo, quando filius delictum iussu patris legitimè commissum perpetrauerit.
Secundo, quoties filius, aliter eius vitam saluare non posset.
17 Obedientia circa ea, quæ ad illicitum tendunt, nec etiam Summo Pontifici debetur, quod tamen præsumendum non est.
18 Obedientia persuasiua, quænam dicatur ex sententia Hugon.
19 Filius, an patri in omnibus obtemperare teneatur, remissiuè declaratur.
20 Obedientiæ propriæ actus, quæ nam requirat.
21 Ingrato, similis est inobediens.
22 Filius contumax, & inobediens, ex testamento veteri qualiter puniebatur.
23 Inobediens filius per ingratitudinem, exheredationem patitur.
24 Ingratitudo, in filio impubere, doli tamen non capace minimè consideratur.
25 Ingratitudo, quos nam producat effectus.
26 Parentibus obedire iustum esse dicitur.
27 Patris voto omnia filijs parari congruit.
28 Filij obedientia erga patrem, ex lege diuina, quæ præmia pollicetur.
29 Filij scientia patris cor lætificat.

30 Pa-

30 *Patris confusio est de filio indisciplinato.*
31 *Filius sapiens doctrina patris dicitur.*
32 *Filius inutilis, patrem filio orbatum esse ostendit.*
33 *Vxor maritum inutilem habens, vidua dicitur esse.*

SIcuti igitur maxima patris est erga filios deuictio, ita vt non solum
1 † de iure naturali ad alimenta filijs teneatur l. 1. §. ius naturale ff. de iust. & iur. l. necare ff. de lib. agnosc. nec
2 † alimenta, tantum, filijs praestare sufficiat, sed & substantiam in haereditate relinquere debet c. praedicator 16. quaest. 1. vnde Paul. Apostolus ad Chorin. dicit [nō debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filijs,] sed
3 & etiam de † iure ciuili, atq; diuino ad actus bonos prouocare debent, hoc & in brutis pro modulo suo immitari videm⁹, quoniam aeducatos pullos ad mores, & actus naturae, & speciei suae conuenientes prouocant. Hinc aquila pullos super eos volitans ad volandum incitat, vt habetur ex Deuteron.
4 cap. 32. quare dici solet actio † patris instructio filij dicitur esse, cap. exemplum 12. quęst. 1.
5 vnde dicitur qualis † pater talis filius §. hoc auctoritate 35. quaest. 3. l. fin. C. de impuber. & alijs substit. §. fin. inst. de inutil.
6 stipulat. & talis † filia, qualis mater, vnde versus.

Saepe solet filius esse patri.
Et sequtur leniter filia matris iter.

vt habetur ex c. si quis 6. quaest.
7 1. Quidquid † autem à patre, vel à matre fit, id animo filios decipiendi factum dici debere non est praesumendum l. si superstite in fin. C. de dolo, & Paul. de Castr. in cons. 307. pater etenim benefacere praesumi-
8 tur, cùm † de eo lex confidat Spec. §. fin. vers. item excipitur contra tutorem, tit. de tutore. In patriq; immensus erga filiū ressidet amor, vt colligitur ex
9 hoc nomine filius, quod † à Philos, (hoc est amor) deriuat secundum Bar. in l. liberorum ff. de verb. significat. & Bald. in l. maximum col. 5. C. de lib. pręter. & in l. si filius ff. de liber. &
10 posth. & ideo, pater † magis filium, quàm è contra diligere praesumitur l. isti quidem ff. quod met. cau.

Et (vt inquam) sicuti penes patrē, erga filium maxima deuictio, immensusq; amor ressident,
11 nec † filius meliorē patre habeat amicum ex Bald. in cap. tuas, tit. de probat glo. in l. quidam

dam cum filium ff. de hæred.
12 instituen. sic † pariter filius deuotus, id quod bonus pater facit immitari debet c. dominus noster in fin. 56. distin & ideo dixit Specul. in prohem. [non
13 potest † quidquam filius à se ipso facere; nisi quod patrem viderit facientem] per c. fin. in fine de consecrat. vltima di-
14 stinct. obedire † itaq; patri filius paratus esse debet l. 2. ff. de iust. & iur. adeò namq; filio salubris est obedientia patris,
15 vt ipsius † patris iussus filium à periurio excuset sic Alex. in l. fin. ff. qui satisd. cog. & Fæder. de Sen. in cons. 191. incip. quęstio talis, est electus; & quæ obedientia ad ea, quæ bona, nō autem praua sunt extendi debet,
16 quandoquidem † in delictis committendis, & præcipuè in atrocioribus filius patri obtēperare non teneatur, vt Alex. post Bart. in l. liber homo ff. ad l. Aquil. & plenius per eū post Bart. in l. si familia ff. si fam. furt. fec. dicat. quod tamē non ꝓcedit quoties atrociora iussu patris per filium legitimè sint facta, secundum Bart. in l. Grachus in fin. C. ad l. Iul. de adult. vel nisi aliàs filius periturus esset, quo casu ex delicto iussu patris cōmisso excusatur, vt colligitur ex glos. multum notab. in d. l. si familia quodq; sequitur Bart. in l. si seruus ff. d. nox. action. quia id ad saluandā eius vitam fecisse videtur, quo casu id facere licet sic Bal. in cap. 1. §. iniuria tit. de pac. iuram. form. atq. Alexan. post Bart. in d. l. si familia. ad id facit, quod notat Bart. in l. si mulier §. 1. ff. de act. rer. amot. & quod Cyn. adducit in l. scientiā §. qui cum aliter ff. d. tit. ad l. Aquil. ideo in ijs, quę licita sūt
17 obedire tenetur in ijs † verò, quæ ad illicitum tendunt, nec etiam Summo Pontifici debetur obedientia (quod tamen in eo pręsumendum non est) cap. qui resistit, & c. si dominus 11. quæst. 3. Innoc. in c. inquisitionis, de senten. excomm. & in c. proposuit de concess. præben. & Abb. in c. cum monasterium extr. de stat. monach. Hoc con
18 firmatur † sententia Hugon. de 12. abusion. dicentis [Imponitur nomen obedientiæ præcepto, loco, & facto, vt designet, quod præcipitur, monstret qđ agitur, nominet locum, in quo quis moratur. Prima facilis. Secunda grauis. Tertia ad vtraq. se habet, leue est enim præcipere, graue est adimplere, locus verò aliquādo placet, aliquādo displicet, placet quibusdam, non quia abūdat fratribus,

tribus, sed piscibus placet, quia abundat famulis, & fabulis, placet, quia solus cũcta possidet, & sic fit, vt vocetur obedientia, cum non sit: Hanc obedientiam multi desiderant, vt extra obedientiam esse quærant.]
19 An autem † filius in omnibus patri obtemperare debeat, vide Aul. gel. c. 7. lib. 2. Hoc si qui dẽ dico, quod filius in eis, quæ ad licitũ tendunt, patri promptum obedire, se demonstrare debet, & cum ea promptitudine, de qua Diuus Bernard. de præcept. & dispensatione discu
20 rens, ait † scilicet [Verus obediens mandatum non pro crastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se in totum intus colligit, vt mandatũ peragat imperantis,] quæ vbi per filium seruata fuerint, reuerẽtiam, vtiq. patri debitam demonstrabit ex Dæcalogi præcepto, scilicet honora patrem tuum, & matrem tuam, aliter enim honorem illis debitum minimè præstando, vti inobediens filius ipse, ingratitudinis vitium penes se retinere pate-
21 faciet, ingrato † namq. similis est inobediens, vt voluit Bald. in l. 17. opposit. C. de his, quæ
22 pęn. nom. in test. relinq. filius † etenim cõtumax, & inobediẽs à Moisè iussus ẽ lapidari mortiq. tradendus c. 21. Exod. &
23 per † ingratitudinem exheredationem patitur §. cæterum Auct. vt cum de appellat. cogn. & ex auth. licet C. de lib. præ-
24 terit. quæ tamen † ingratitudo in impubere doli non capace adesse considerari non potest, Bart. in l. 2. vers. quæro, an id, quod dicitur de exheredatione ff. de vulg. & pupil. subst. prout nec in posthumo l. si qs in suo §. fin. & ibi Doct. ff. de inoffic. testam. Ingratitudinem
25 verò fugiat ipse filius, quæ † vt inquit Diuus Bernard. super Cantic. [Inimica est animæ, exaninatio meritorũ, virtutũ dispersio, benefitiorum perditio, ventus vræus, siccans fontẽ pietatis, torrẽs misericordię, fluentia gratiæ.] Huic, dictum illud Sænecæ in epist. 48. accommodare decet. [Torquet se (inquit) ingratus, & macerat, oditq. accepta, quia redditurus est, & extenuat, iniurias verò dilatat, atq. auget.] Parentib.
26 † ideo obedire iustum est. Paul. Apost. ad Ephes. c. 6. & cũ ea cordialitate sicuti patris, & filij carnis vnitas exoptat, vo-
27 toq. patris adhereat, cuiq. † omnia filijs parari congruit l. scripto ff. vnd. lib. l. patrem, & l. debitorẽ ff. de his, quæ in fraud. cred.

28 Se-

28 Sequere † igitur fili ecclesiastici disciplinam sub cap. 3. cuius adiumento errare non poteris, & sub qua numquam memoriæ delenda infrascripta continentur videlicet.

Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filijs, & in die orationis suę exaudietur.

Qui honorat patrem suum, vita, viuet longiore, & qui obedit patri refrigerabit matrem.

Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi Dominus seruiet his, qui se genuerunt.

In omni sermone, & patientia honora patrem tuum; vt superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat.

Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamēta.

Ne glorieris in cōtumelia patris tui, non enim est tibi gloria, sed confusio, gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij, pater sine honore.

Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes illum in vita illius, & si defecerit sensu, veniam dà, & non spernas eum in virtute tua, elemosina enim patris non erit in obliuione.

Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua.

Quam malæ famæ est, qui derelinquit patrem, & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem.

Prædicti attende fili quibus maximè indiges, atq; sic agas, vt pœnæ antedictæ per te effugiantur, benedictiones verò
29 prædictas amplectaris ita † vt per scientiam tuam lętificetur cor patris tui, iuxta text. in §. generaliter Auct. Constit. quæ de dignit. & ex Bald. in l. macedoniani C. ad Macedon. confu
30 sio † enim patris est de filio indisciplinato Ecclesiast. c. 22. &
31 filius † sapiens doctrina patris dicitur esse Prouerb. c. 13. ne
32 aliàs pater † filium inutilem habens filio orbatus dicatur esse,

esse, vt colligitur ex l. fin. & ibi glo. 2. C. de plagiar. sicuti vxor
33 † maritum inutilem habens, vidua dicitur, vt ibidem significatur. Parentes deniq. cole, vt vitam lõgiorem merearis, quam D.O.M. sic faciendo vt supra tibi præparauit.

Erga maritum necessariam esse vxoris reuerentiam, & hanc non solum circa res mariti, sed etiam circa corpus mulieris, fideliter custodiendam fore optimè demonstratur. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Reuerentia per vxorem ratione minoritatis marito debetur.*
2 *Filia nupta, qualiter, & sub potestate patris, & sub viri potestate constituta dicatur.*
3 *Vxor, quasi ad vsum, viri dicitur esse.*
4 *Vxorem, viri famulam dici, Spec. adduxit.*
5 *Vxor, non vti ancilla, sed vti socia tractari debet.*
6 *Vir, & vxor, vnum corpus, & vna caro dicuntur.*
7 *Dominatio vxoris in virum reprobatur.*
8 *Virago dicitur vxor, habens virum suppositum, atq; formidosum.*
9 *Facundia dulcis nutrit amorem.*
10 *Responsio mollis frangit iram, sermo verò durus suscitat furorem.*
11 *Humili colloquio, gratus præstatur auditus.*
12 *Sermo frustra effunditur, quoties, nihil operatur.*
13 *Humilis sermo, cum furore, & seu indignatione non compatitur.*
14 *Humilis sermo, & humilis homo triumphat in domo.*
15 *Vxor, à voto etiam iuramento firmato, viro contradicente excusatur.*
16 *Votum abstinentiæ factum per vxorem absq; viri consensu, vxorem ipsam non obligat.*
17 *Vxor, in re dotali, viro viuente nullum habet dominium, quod tamen intelligendum est, vt ibi.*
18 *Vxor, furtum in bonis mariti committens, tenetur actione rerum amotarum, nec tunc contra eam furtiua datur conditio.*
19 *Vxor, rem aliquam furto subtrahens, domino actione furti tenetur.*
20 *Vxor, mortuo viro, hæredibus viri, de re mariti furata, de furto tenetur.*
21 *Vxor, & si de leui furto, criminaliter puniri non possit, de magno tamen, etiam viro non opponente est punienda.*
22 *Vxor, occidens, siue maritum occidi mandans nedum dotem, & donationem*

perdit, sed etiam ex lege Cornel. de Sicar. tenetur.
23 *Mulier adulterans, qua pœna plectatur.*
24 *Maritus ad vxorem, & vxor ad maritum correllatiui dicuntur.*
25 *Coniugum dißensio, totius domus est perturbatio.*
26 *Melior est bucella sua cũ gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.*

MEritò, reuerentia p vxorem marito d- betur, ratione ma
1 ioritatis, quæ † reuerentiam à minoribus desiderat secundũ Doct. extr. tit. de maior. & obedien. & per Bart. in l. 1. C. de dignit. & quod maritus, maior sit vxore colligitur ex Gænes. cap. 3. num. 16. dum dicitur, [multiplicabo, ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui]
2 vnde de iure ciuili, filiã † nuptã patris potestatem derelinquẽtem, mariti verò amplectentem illam videmus, quoad debitum carnis tantummodo, ex glos. in §. 1. Instit. ad Tertul. quod tamen de iure Romanorum intelligitur, secus autem de iure Longobardorum, vt ibidem declaratur. Baldus namq. in l. si vxorem C. de condit. insert. post glo. dicit quod vxor in potestate uiri dicitur esse, quoad ressidentiam, quoad operas, & quo ad forum, in alijs vero in potestate patris ressidet, vide circa hoc Bart. d. l. si vxorem, & Abb. in cap. litteris in fin. de
3 testib. vxor † namque quasi ad vsum viri dicitur esse Paul. Castr. cons. 124. incip. super primo quæsito, & Salycet. in l cũ te C. de donat. ante nupt. qua-
4 re † illam viri familiam adduxit Spec. vers. nunc dicamus propè finem tit. qui fil. sint legit. auctoritate text. in cap. hęc imago, & c. seq. 33. quæst. 5. &
5 si, non † vti ancilla, sed vti socia tractari debeat ex c. 2. Gænes. & vt dictum est, in prima
6 parte in cap. 4. atq. vir † & vxor vna caro, & vnum corpus dicãtur esse c. debitum de bigam. Doct. & præcipuè Bald. post glos. in verbo participem in l. si cum dotem §. si maritus ad fin. ff. solut. matr. Ideo vxor tãquam marito supposita, eandẽ debita reuerẽtia honorare de-
7 bet, nec è conuerso † vxori dominatio in virum permittitur ex libr. Esther c. 1. Verecundũ siquidem virum ab vxore dominari mihi videtur, (licet nõnulli timidi, naturaq. debiles, dictis, & vxorum factis, sese insensati submittãt) ita vt vxor, hoc vxoris nomine eo casu pri-
8 uetur, & † ex huiusmodi virili actione

actione virago dicatur, ex eo, quod virum non timeat, sed de facili illum verberet, sic Spec. in §. 1. nu. mihi 15. in fin. vers. sed quid de vxore, & viro, tit. de teste.

Quo circa dupliciter, vxor reuerentiam, atq. fidelitatem erga virum suum, verbis scilicet, & facto demõstrare debet, ideoq. verbis se placidam ostẽdat, vt quidquam à marito, (quod tamen honestũ sit) petendo, eundem ad illius concessionem fa
9 cilem attrahat, facundia † etenim dulcis nutrit amorẽ Spec. §. 5. sub nu. mihi 10. tit. de ad-
10 uoc. Responsio † namq. mollis frãgit iram, sermo vero durus suscitat furorem, Prouerb. c.
11 15. atq. sic vt ex † humili ipsius vxoris colloquio per virũ gratus præstetur auditus c. ex
12 merito 6. quæst. 1. ne aliter † effusio sermonis nihil operetur, Ecclesiast. cap. 32. quia si cum furore erit vxoris petitio, quidquam à marito consequi non debere sibi suadendũ erit,
13 cum furor † & seu indignatio, humili non tractentur sermone l. in nomine, vltra medium C. de offit. præfect. prætor. Aphr. idcirco Spec. optimè adducit d. §. 5. Salomonis senten
14 tiam scilicet. [Humilis † sermo, & humilis homo triũphat in domo] cum seq. in proposito namq. succedit illud, quod ex libr. Prouerb. colligitur c. 25. videlicet [Melius est habitare in terra deserta, quã cum muliere rixosa, & iracunda] quod confirmationem recipit ex libr. Ecclesiast. c. 25. dum ibidẽ dicitur [Sicut ascensus arenosus in pædibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. Ne respicias in mulieris speciem, & non concupisces mulierem in specie, mulieris ira, irreuerentia, & confusio magna: Mulier, si priuatum habeat, est contraria viro suo.]

Idcircò refrenet linguam suam, tàm à prædictis, quàm pariter à promissione erga Deum, ratione voti, contradicente viro,
15 quia à tali † voto etiam iuramento firmato, eo casu excusatur vxor ipsa, hęc namq; ex Numer. libr. cap. 36. colliguntur, scilicet [Vxor in domo viri, cum se voto constrinxerit, & iuramento, si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcumq; promisserat, sin autẽ ex tẽplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea, quia maritus cõtradixit, & dominus, ei propitius, erit] cum seq.

16 Quo fit vt videamus votũ † abstinentiæ ab vxore factum,

sine viri consensu, vxorem nō obligare c. noluit & c. manifestum 33. quæst. 5. linguam suā pariter à sponsione erga proxi
17 mum retrahat, cum nec † in re dotali viro viuente dominium habeat, glos. in l. 3. §. sed vtrū ff. de minor. & in l. doce C. de rei vendicat. quod tamen procedere dicas ad notata p Bart. in l. in rebus dotalib. C. de iur. dot. & ex accuratè allegatis per Spec. vers. illud autem quę ritur tit. de locato.

Factum autem vxoris, fidelitatē, & reuerentiam mariti respiciens, tria complectitur capita quorū primum ad res mariti, secundum ad eiusdem mariti vitā, & tertium ad vxoris corpus refertur.

Circa namq; primum caput, cla-
18 rum est mulierem † furtum in bonis mariti committens, rerū amotarum actionem pati l. 1. ff. de act. rerum amot. nec eo casu per maritum contra illam datur furtiua conditio l. 2. ff. eod. tit.

19 Quid verò si vxor † viro rem alienam furetur? & tunc nulli est dubium quin domino furti actione teneatur, cas⁹ est singul. secundum Bald. in l. manifestissimi in fin. C de furt. ita vt
20 pariter mortuo † viro, de re viri furata, per vxorem, hæredibus viri de furto teneatur l. 3. ff. d. tit. rerum amot. Aretin. in tract. de malefit. vers. vestem
21 in fin. qnimo, & si † de furto leui, criminaliter puniri non possit, de magno tamen, etiam viro non opponente est puniēda, sic Bar. d. l. 1. tit. nuperrimè allegato, quo loci idem Bart. quęstionem, an scilicet, & quādo vxor de bonis mariti elemosinam facere valeat, delectabiliter adducit.

Secundum autem consideratur,
22 quoad vxorem adulteram, q̄ † occidens, siue mandans maritum occidi, nedum perdit dotem, & donationem l. 1. C de donat. int vir. & vxor. sed & ēt ex lege Corn. de Sicar. teneatur l. fin. & ibi Hippolit. C. ad legem Corn. de Sicar. & contra quas huiuscemodi mulieres, atq; peruersas vxores, quarumq; diabolica suggestione nonnulli impij, maritorum vitis, & seu corporibus insidiari solent c. si quis viuente marito 31. quæst. 2. optimè insudauit Boer. decis. 262. per totum.

Tertium, & vltimum caput pro nūc versatur circa corpus mulieris fideliter custodiendum, ex Paul. Apostolo ad Chorin. epist. 1. in fin. vnde idem ad Roman. c. 7. dicit [Igitur viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit

rit cum alio viro;] Et non so-
23 lũ vxor † adultera, quæ à marito ciuiliter accusatur perdit dotem, secus si criminaliter ad tradita per Doct. in auth. sed hodie C. de adult. & si è conuerso vxor maritum de adulterio accusare non possit l. 1. ff ad legem Iul. de Adult. & stupr. & quomodo, & de iure ciuili, & de iure can. id procedat eo loci glosam prospicias, sed & etiã vita priuatur, tam de iure diuino, vt habetur ex Lęuitic. c. 20 num. 10. huiusmodi continenti scilicet. [Si mæchatus, quis fuerit cum vxore alterius, & ad vlterium perpetrauerit, cũ coniuge proximi sui, morte moriantur, & mæchus, & adultera] quam de iure ciuili, vt dicit Spec. in rubr. tit. de adult. in princ. præter id, quod vxor fornicans dimitti potest d. l. 1. C. de adult. c. dixit 32. quæst. 1 cũ reliquis congestis p̃ Spec. in §. post hoc vers. & generaliter el 2. tit. de disput. & allegat. & ex l. quamuis C. d. tit. de adult. & l. inter liber. ff. eodem tit. & qua pariter pæna vxor adulterans puniatur vide Boer. decis. 297. num. 12.

Prędicta enim omnia seruet vxor ad illius verè fidelitatis, erga maritum demonstrationem, & quæ marito adulterandi causam adimẽt, quod quidem maritus pariter effugere debet, ex Dei mandato, atq; Decalogi præcepto scilicet. [Non mæchaberis] & sicuti vxor, à peccato adulterij committendo prohibetur, sic & maritus, ab illo abstinere debet, cum ma-
24 ritus † ad vxorem, & vxor ad maritum sint correllatiui Socin. Sen. in cons. 34. incip. prosequendo vers. item, quæcumquè vol. 1. Hæc itaq; explanat Diuus Ambr. de Patriarch. scilicet [nemo sibi blandiatur de legibus hominum, omne stuprum adulterium est, nec viro licet, quòd mulieri non licet, eadem à viro, quæ ab vxore d̃betur castimonia: quidquid in ea, quæ non sit legitima vxor commissum fuerit, adulterij crimine damnatur.]

Caueant igitur fornicatores, & adulteri à fornicandi, atq; adulterandi vitio, quia vt inquit Paul. Apost. ad Hæbr. c. 13. [Honorabile connubium in omnibus, est thorus immaculat', fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus] vnde succedit ea Diui Augustini sentẽtia lib. de thoro coniugali, scilicet. [Sicut sati' est fame mori, quam idolothytis vesci, ita Sanctius est defungi, sine liberis, quam ex illicito concubitu stirpem

ſtirpem quęrere] ſtudeant igitur maritus, & vxor inter ſeſe beneuolentiam, & humilitatem ſeruare, coniugium nāq; humile melius eſt virginitate ſuperba, D. Auguſt. in Pſalm. 99. Remaneant itaq; in pace, quia vt inquit idem Diuus Auguſt. in Pſalm. 33. [Coniugum
25 †diſſenſio, totius dom' eſt perturbatio] ex c. namq; 25. Eccleſiaſt. hæc colliguntur ſcilicet. [In tribus placitum eſt ſpiritu meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus, cōcordia fratrum, & amor proximorum, & uir, & mulier bene ſibi conſentientes] & denique adduco ea, quæ habentur ex Prouerb. c. 17. ſcilicet [me-
26 lior † eſt bucella ſua cum gaudio, quam domus plæna victimis cum iurgio.]

Venerabilem, & fructuoſam eſſe diſcipuli obedientiam, erga præceptorem, idq; diuerſis ſententijs decoratum, omnino ſuſtinetur. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Obedientia, quæ per filium patri debetur, hac eadem per diſcipulum magiſtro eſt deuicta.*
2 *Diſcipuli feruentis, eſt magiſtrum temere.*
3 *Diſciplinam, qui diligit; diligit ſcientiam, inſipiens, verò increpationes odit.*
4 *Obedientia ordinata, qualiter ſe habeat.*
5 *Diſcipulus, nihil percipit, niſi prius illud a magiſtro, ortum habeat.*
6 *Scholaris in ius, magiſtrum, ſine venia vocare non poteſt.*
7 *Magiſtri præceptum, ſpernere non debet diſcipulus.*
8 *Scholaris, præceptoris opinionem defendere tenetur.*
9 *Iudex, iudicans ſecundum opinionem magiſtri ſui, etiam contra communem opinionem, excuſatur in ſindicatu, quod tamen declaratur, vt ibid.*
10 *Vnuſquiſq; ſapit, quod didicit.*
11 *Cor, ſine diſciplina exaltari non valet.*

QVemadmodum filiorū regimē a patrib. & præceptorib. deriuat, vt dictū fuit in prima huius operis parte de Poteſtate patris in filium & de Auctoritate magiſtri in
1 diſcipulum, ſic & è contra † vene-

veneratio patri per filium deuicta, hæc eadem per discipulū magistro debetur l. liberto, vbi glos. ff. de obseq. à liber. & libert parent. & patron. pręstan. & Bart. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. num. 12. & ideo cū ex æquiparatione patris, & magistri, quoad disciplinam, reuerentia eadem consideretur, ita etiam increpationem magistri veluti à patre factam timere debet discipulus ipse, feruētis,
2 † itaq; discipuli ē timere magistrum c. cum voluntate §. fin. in fine de sentent. excommun. ex Prouerb. namq; c. 12. habe-
3 tur. [qui diligit † disciplinam diligit scientiam, qui autē odit increpationes insipiens est.] Diuus itaq; Bernard. de præcep. & dispensat. dicit [melius
4 † est obedire Deo, quam hominibus, & ipsis melius magistris quam discipulis porrò in magistris melius nostris, quàm extraneis: quibus autem constat melius obedire, ipsis procul dubbio non obedire est testa-
5 bilius.] Nihil etenim † à discipulo percipitur, nisi id à magistro ortum habuerit c. offitij, & ibi glos. de elect. propter namq; reuerentiam, scholaris
6 † magistrum in ius, sine venia vocare non potest l. generaliter, & ibi Doct. ff. de in ius voc. Spec. vers. sed nun quid ædictum tit. de actore, neq; sper-
7 nat † discipulus magistri præceptum, inquit etenim Hugo lib. 3. didascol. scilicet [Summopere cauendum est ei, qui quærit scientiam, vt non negligat disciplinā] quinimo scho-
8 laris † opinionem præceptoris sui defendere tenetur tex. est celebris in l. dicere §. si arbiter, vbi Bart. ff. de arbitr. & iudex
9 iudicans † secundum opinionē magistri sui contra communē opinionem, excusatur in sindicatu, vbi tamen is, doctor fuerit solemnis, neq. insolitas opiniones tenere assuetus, ex adductis per Gerard. de Petr. sancta in singul. 62.

Obediat igitur magistro discipulus ipse in licitis, nequè tumeat ex scientia sua, cum nullus discipulus supra magistrum esse reperiatur. Educatio namq; & disciplina mores facit, & il-
10 lud † sapit vnusquisq;, qđ didicit, vt dicit Pyth. in suis præceptis. & finaliter, vt inquit Diuus Gregor. libr. 13. moral.
11 [cor, quod † sine disciplina est exaltari non valet, quia humana mens, sicut male eleuata in infimis prœmitur, sic bene præssa in sublimibus leuatur.

Fideli-

Fidelitas seruorum denotatur, quoties autem hæc eadem non seruetur, quibus sint plectendi pænis, cuilibet notum perhibetur. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *SEruus furans, non solum pecuniaria, & seu corporali pæna affligitur, sed etiam ad restitutionem rei furatæ tenetur.*
2 *Rei ablatæ restitutio, actionem furti ad pænam competentem non tollit.*
3 *Fur ante furti restitutionem, de periculo rei furtiuæ tenetur perinde, ac si res eodem modo apud dominum peritura esset, quod tamen tripliciter limitatur, vt ibi.*
4 *Res viles pluribus uicibus, quis furto subtrahens, suspendi potest.*
5 *Famosus fur, an is dicatur, qui tria exigua commisit furta, remissiuè.*
6 *Seruorum Impiorum laudes secundum Petrum de Rauenna describuntnr.*
7 *Seruus de adulterio cum domina commisso accusatus nedum hæres in testamento, institui non potest, sed imo comburendus est.*
8 *Seruus, stuprum committens qualiter puniendus sit, & quæ nam accusatio permittatur, ibidem remissiuè.*
9 *Seruo inobedienti, salarium non debetur.*
10 *Colloquia praua bonos mores corrumpunt.*
11 *Seruos nobiles, & ignobiles, quæ nam faciant.*

FIdelis sit seruus domino suo, neq; furetur, vt pleriq; faciunt temporib⁹
1 nostris, quia non solum † pecuniaria, & seu corporali pæna affligitur, etiam vsq; ad vitam inclusiuè, vltra summam tamẽ taxatam per Statutũ Papiæ in criminal. 27. sed & etiam, ad restitutionem rerũ furto subtractarum tenetur, tam ex recitato stat. quam de iure communi l. qui ea mente ff. de
2 furt. ita vt etiam per talem † restitutionem, sublata non censeatur actio furti competens ad pænam, sic Bart. in l. sed si vnius §. si ante iudicem ff. de
3 iniur. si verò † non restituatur per furem, id quod furto subtractum fuit, & eo casu tenetur fur de periculo rei furtiuę, etiã si res fuisset eodẽ modo apud dominum peritura Bart. in l. meritò ff. de vi, & vi arm. & in l. qui furtum ff. de condit. furt. Bald. in l. subtracto C. de furt. Quod tamen triplicem patitur limitationem §3. Primo non procedere, quando fur rem furatam

ratum offerendo moram purgauerit l.parui ff.d.tit. de condit.furt. Secundo quoties mora,volũtaria nouatione remanet extincta, & tertio quando stipulatio citra animũ nouandi interuenit, sic Bald. loco supra citato.

Et quamuis seruis, præcipuè expenditoribus se offerat,vt plurimum occasio,vt dominis furentur,ijq; in dies iuxta domini opes persuadeant sese tutò, quidquam dominum decipiendo,pænes sese indebitè retinere, atq; furto subtrahere, non præuident tamẽ(miseri)quod
4 famulus,† siue seruus, sæpius res viles domino furto subtrahens suspendi potest, vt dixit Bald. in l.apud antiquos §.fin. post glos.& ibi Cyn.C.de furt.
5 & an † eo casu tria exigua committens furta, famosus fur dicatur, vide Angel.in eiusdem addit.in tract. malefit. in verbo vestem, & Alex. in l.capitalium §. famosos ff. de pæn. & qua de ordine statutario corporali pæna fur plectatur, vide
6 allegatum stat. 27. Tales † siquidem serui merẽtur laudes, quas adducit Petrus deRauenna in singulari suo 815. sic dicens. Volo tibi dicere duas laudes seruorum,si nescires, si seruus ergo iniquus per l. penult. vbi Bald. C. de libert. & eorum liber. si seruus ergo fur per glos. notab.in l.Iulianus ff. de action. empt.

Caueat igitur seru⁹, ne huiusmodi nomina eidem tribuantur, sed studeat fideliter domino suo seruire, tàm circa bona, quam circa ipsi⁹ domini hono
7 rem,quoniam seruus † de adulterio cum domina commisso accusatus hæres in testamento institui non potest §. 2. Instit. de hæred. instit. sed imo comburendus est Spec. in §. compendiosè num. 7. tit. de instr.
8 ædit.lib. 2. & stuprum † committens cum ancillis, qualiter puniendus sit, & quæ nam accusatio permittatur, vide Angel.& Alex.in l.inter liberas ff. ad l.Iul.de adult.& Salycet. in l.serui C.tit. eodem. Obtemperet igitur domino, quoniam
9 seruo † inobedienti salarium nõ debetur,ad tradita per Bar. in l.Nesẽnius ff.de excusat.tut. necnon & impudica proferenda in domo patroni effugiat,p̃sertim coram habitantibus
10 in ipsa domo, quoniam † corrumpunt bonos mores colloquia praua, vt inquit Paul. Apost.c. 15.ad Chorin.quo fit,vt non prætereamus, illud dictũ Margarit.Philosoph. in tit. de princip.Philosoph.mor. c. 17. in fin.

in fin. scilicet. [Decentia autē in obsequio tūc seruatur, si nō modo corporis munditia, sed & morum integritas custoditur, ne vxor, ne filij, & filiæ corrumpantur] & huiusmodi per-
11 agentes† serui dicuntur nobiles, ad differentiam cæterorū, qui viles nuncupantur, & de quibus habes in tractatu, ciuilis conuersationis D. Steph. Guazzij fol. mihi 168. lib. 3.

Feudatarius, an semper Domino seruire teneatur, proindeq; nonnulla personam ipsius Feudatarij obligantia erga dominum illumq; releuantia recensentur. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus opere, & sermone, dominum, vero prosequi debet amore.*
2 *Vasallus, quomodo contra seipsum, domino opem ferè teneatur.*
3 *Vasallus, promittens domino auxiliari contra quascūq; mundi personas eodemmet exceptuato, an contra vxorem, vel filium procedat?*
4 *Promittens, alicui quidquā accommodare aduersus, quamlibet personam numquid contra se ipsum id procedere intelligatur.*
5 *Vasallus, an vitam propriam domini vitæ præferre teneatur, remissiuè.*
6 *Vasallus domino insultato opem minimè ferens, totalem apud dominum gratiam perdit:*
7 *Vasallus numquid, & quando dominum sumptibus sui sequi teneatur.*
8 *Nonnulla, quæ vasallum ad domini seruitutem personalem non obligant recensentur.*
9 *Quatuor casus pręcipui, ad priuationem fæudi tendentes, denotantur.*

INfinitum færè esset de fidelitate, Feudatarij explanare, circa quam Ioannes Blanchus, Iacobus de Ardizone, Iacobus Aluarotus, Iacobinus de SanctoGeorgio, Francischinus Curtius Papiēsis, Præpositus, Bald. & quamplurimi alij suorum laborum partem consumpserunt, in vsibus fęudorum: sed ne totaliter præsens capitulum sicco pede prætereamus, nonnulla breuiter attingere volo, quæ fidelitatem personæ feudatarij, & rerum feudalium custodiam respi-

respiciunt, & ideo negotium ad duo principalia capita reducenda existimaui, quorum primum, fidilitatem personæ respicit, secundum verò bonorum fidelem custodiam requirit.

Quo ad primum clarum esse di-
1 citur, vasallum, † teneri dominum fideliter amando, seruire, vt sensit Bald. in l. 2. in fin.
2 C. de oper. libert. Ita vt etiã † contra seipsum, domino, opẽ ferre sit deuictus, (vbi tamen causa iniusta, consideretur in vasallo) nec alio modo, ad tradita per eundem Bal. in c. 1. in fin. tit. de prohibit. fæud. alien.
3 per Feder. Item contra † filium vel vxorem, quando Feudatarius, contra omnem mundi personam, seipso exceptuato, domino seruire iurauerit, prout ibidem, Bald. adducit, atq; est videre per Alexan. in l. frater à fratre ff. de condit. indeb. & in l. si mancipia §. si sciente ff. de pign.

4 An verò promittens † aliquid accommodare, contra quamlibet personam, id etiam contra seipsum promittentem intelligatur, & eo casu partem teneas negatiuam per tex. in l. 1. ff. de Senat. Alex. in cons. 143. lib. 2. Bald. in l. inquisitio C. de solut.

5 Hoc verum est, quod † vasallus vitam propriam, domini vitæ præferre debet cap. 2. de fæud. fin. culp. non amitten. & c. 1. vbi Bald. vers. Quinto quæritur tit. Quibus mod. fæud. amitt.

Contrarium verò sensit tex. in l. §. eodem ff. ad Sylan. circa quod, vide ea, quæ notantur per Barbat. ad Bal. loco supra citato in verb. propriam.

Hoc tamen non præteras, quod
6 vasallũ † domino ab inimicis insultato nõ occurentẽ omnino domini gratiam priuatum esse significat Bald. in l. 2. C. de infant. exposit.

7 An verò vasallus † teneatur suis expen. dominum sequi? Spec. tit. de fæud. §. quoniam vers. 22. & seq. sic distinguit. Aut amplum est fæudum, ita vt Feudatarius ex eo diues reddatur, tunc siquidem dominum sumptibus suis sequi tenetur, si verò exiguum reperiatur fæudum, vt ex eo modicũ feudatarius recipiat emolumentum, & eo casu sumptib. suis dominum sequi non tenetur, cum (vt inquit ibidẽ Spec.) ex modica re sibi concessa magnam non debeat afflictionẽ pati, & præcipuè, vbi agatur đ longo itinere faciendo, atq; sic vt vasallus impensam sufferre

non posset, quo casu domiuus, eidem, expensas subministraturus erit, ex Bart. in l. Mæuia §.fin.ff.de ann.legat. & ex Bal. in cap. 1. vers. alia quæstio formatur tit. de Cap. qui cur. vēd. nam tunc, vel ire, siue id min⁹, in vasalli electione erit, quoties tamen sufficientes non reperiantur fructus, ad supportādum impensam vt supra, sic Oldr. in cons. 233. incip. factum tale est, quidam miles, & Lud. in l. recusare §. si quis alio ff. ad Trebell. vide Bald. in c. ad hoc vers. pro solutione huius dicti tit. de Allod.

8 Non tamen† semper tenetur vasallus domino seruire præsertim in bello, quando inhabilis uiribus suis priuatus reperitur esse, sed voce non carens, tenetur eo casu acclamationibus, quibus præstatur auxiliū l. cum dominus ff. ad Syllan. opem domino præstare, vt notat Bal. in c. 1. vers. tertiò quæritur. Quib. mod fæud. amitt.

Nec pariter, quando dominus reperitur bannitus, vel rebellis, aut infamis, siue excommunicatus, vel de publico crimine damnatus sic memoratus Bal. in cap. 1. vers. modo venio tit. Hic fin. lex D. Fæder. Io. And. in c. pia de except. lib. 6. & in c. veritatis de iureiur. Flor. in l. si vsusfructus in princip. ff. de vsufr. quod tamen intelligas durante excommunicatione, siue reliquis recensitis, vt infra, circa iuramentum fidelitatis demonstraturus ero.

Item nec seruitia ꝑpetua domino ꝓstare tenetur, quoties feudo renunciauerit, non ob id tamē dominum offendere licitū erit ad notata per Bald. in l. 1. col. 11. vers. quædam est infinitas locandi C. de sentent. quæ pro eo, quod inter profer. Card. in clem. 2 §. deniq; quæst. 7. de re iud. & Bald. in l. cum vsufructu ff de vsu fruct.

Nec pariter, quando dominus bellum notoriè iniustū alicui indixerit Bart. in l. si quis in graui §. si maritus ff. ad Syllan. Angel. in l. excusantur §. si quis ff. eod. tit. Bald. post glos. in c. 1. col. 2. vers. hic est quædam notab. glo. Quib. mod. feud. amit. quomodo autem id procedat, vide eundem Bald. in c. 1. vers. nota ergo cum quæritur num. 5. prædicto tit. Hic finit. lex D. Fæder.

Et deniq; pro nunc non tenetur domino vasallus opem ferre nisi in casibus in vsibus feudorum expressis, vel ex pacto feudi, vel ex consuetudine loci, sicq; eruditè concludit Innoc. in cap. sicut el fin. in in 1. col. in

glos.

glof.fua, in verbo iniuftè, de iureiur.& Bald. in Margar. in verbo vafallus atq. Oldr. allegato conf. 233. & quod extra feudi neceffitatem feruitium præftare non teneatur, adduxit pariter Card. d.clem. 2.§. deniq; de re iud.

Multa quidem poffent alia recēferi, in quibus vafallus feruire, vel non feruire tenetur, quæ

9 prætermittenda cenfeo. Hos† folummodo quatuor speciales adduco cafus, caufam priuationis feudi adducentes, quos defignat c.1.§.vel fi cum filia, & ibi Bald tit. fæpius allegato. Quib.mod. feud. amitt. Quorum primus eft fi cum filia domini iacuit vafallus. Secundus, fi cum neptè ex filio. Tertius, fi cum nupta filio. Quartus verò, fi cum forore domini, in ipfius domini domo, iacuerit. Quinimo, non modo, vafallus adulterans, fed domini vxorem folicitans turpiterue tangens, feudo priuatur, vt perfpicaciter tãgit, Præpofit. d.§. vel fi cum filia, pluries allegato tit. Quib. mod. feud. amit, quo cafu in eo adeffe libido confideratur (omnino hercle fugienda) vnde Sæneca libr. 2. de morib. dixit. [Libidinis initium cõtinebis fi exitum cogitaueris] nulla etenim (inquit Cicero de Rethor.) facilius ad malefitium caufa, q̃ turpis amor, & in temperans libido, commouere potuit; Quadere Diuus Hier. in Epif. vtiliter admonet, fcilicet [libidinofa mens, ardentius honefta perfequitur, & quod non licet dulcius fufpiratur.]

Feudi alienationem, in quibufdam cafibus conceffam, in alijs verò prohibitam, ex iuris difpofitione manifeftatur. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Vafallus, in Feudo vtile habet dominium.*

2 *Vafallus, quare quidquam inuito domino alienare non valeat.*

3 *Vafallus, inuito domino quidquā feudale diftrahens, pro parte alienata, feudo priuatur.*

4 *Vafallus, vendens, fiue alienans, feudum cum ea conditione, fi dominus, & agnati confenferint, feudo non priuatur.*

5 Feu-

5 *Feudum non amittit vasallus, illud alienans cum clausula, si & in quantum.*
6 *Alienatio feudi facta per vasallum, contra voluntatem domini, operatur, vt ipso iure, vasallus, feudo priuetur.*
Quod tamen limita, vt ibi.
Aliàs, nec possessionis feudi alienati retrodatio, nec sententia requiruntur, quoniam tunc ipso iure ad dominum feudum illud reuertitur.
7 *Vasallus ad traditionem rei alienatè pracisè non cogitur, nisi accedente domini consensu.*
8 *Vasallus rem alienatam recuperans ob id nihilominus re alienata priuatus remanet.*
9 *Vasallus ex necessitatis causa, numquid feudũ alienare poterit inconsulto domino, datò etiam quod dominus sit excommunicatus.*
10 *Vasallo feudum vendẽte, domino inconsulto, ad quem feudum illud reuertatur, remissiuè.*
11 *Vasallo de bonis feudalibus, impeditur testandi facultas, nisi consensus, & seu licentia domini interueniant.*
12 *Instituto, vel legatario in bonis feudalibus, nec estimatio debetur.*
13 *Feudalia, in generali dispositione, vel renunciatione non comprehenduntur.*
14 *Feudalium bonorum dispositio probibetur, nisi ratio probibitiua cesset.*
15 *Feudatarius de bonis feudalibus absq; licentia, siue domini confirmatione, nec candelam in eius testamento pro illius anima relinquere potest.*
16 *Feudatarius, cùm eo viuente dicatur vsusfructuarius, ideo illius morte, ius feudi finitur, sicut ius vsusfructus.*
17 *Vasallus naturalem, dominus verò ciuilem habet possessionem.*

AD secundum igitur principale membrũ fidelem bonorũ feudalium conseruationem respiciens deuenio, quod quidem duplici membro constitutum demonstro, quorum primum respicit contractuum determinationem, secundum verò vltimarum voluntatum dispositionem, quoad primũ dicitur,
1 quod etsi vasallus † vtile dominium in feudo habere dicatur c. 1. de inuest. de re alien. fact. c. 1. §. præterea de capitul. Corrad. & Flor. in l. 3. ff. de seruit. non potest tamen quidquam inscio, vel inuito domino alie-
2 nare, cum † dominus nisi vasallum eidem beneuisum recipere teneatur c. 1. de lege Corrad. Paul. de Castr. cons. 139. incip. dubium facit circa pri-
3 mum in fin. & si † quidquã domino inuito alienet pro ea parte alienata feudo priuatur Bal. cap. 1. §. 1. col. 6. vers. tertia cõclusio de success. feud. & in c. 1. §. si verò, in totum. Qualit. feud. alien. poss.

Hoc

Hoc tamen verum est, quod va-
4 sallus † vendens sub ea condi-
tione, si dominus, & agnati cō-
senserint, feudo non priuatur,
5 sicut † nec feudū amittit quo-
ties, vendit cum clausula, si &
in quantum, vt dixit Bal. in c.
1. §. 1. col. 7. vers. sed hic quęro
vnum, & vers. sed pone, quod
vendidit d. tit. de success. feud.
6 aliter enim † vasallus alienans
contra dominum voluntatem,
ipso iure priuatur Bald. in c. 1.
§. aut si libellario col. 2. in fin.
vers. tertius est casus tit. Quib.
mod. feud. amitt.

Quod tamen verum dici potest, vbi secuta sit tradditio, quia secus contra eum requiritur sententia, prout idem Bald. tenet in c. 1. §. callidis col. 2. in fin. versic. quærit glos. generaliter de prohibit. feud. alienat. non autem cōtra emptorem, vt voluit Spec. in §. quoniam vers. quæritur vtrum homo tit. de feud. ad ea, quæ notantur in c. fin. Quo temp. mil. & glos. in c. 1. d. tit. Quib. mod. feud. amit.

Nec retrodatio possessionis feudi alienati, neq; sententia requiruntur, sed ipso iure, ad dominum reuertitur feudum, vt auctoritatibus DD. comprobauit memorię colendæ D. Ant. Marius Canis Doct. celeberrimus ciuisq; Papiensis, in cons. 2. nu. 342. inter cons. feudal. Quinimo
7 mo † vasallus vendens, ad tra-
ditionem rei venditæ non co-
gitur, nisi accedēte domini cō-
sensu Bald. in cap. si facta col.
1. vers. & nota, quod ego lo-
quor. si de feud. fuer. cōtrouer.
8 Et vasallus † alienans domi-
no nomine requisito, licet ex-
inde rem alienatā recuperet,
re alienata, nihilominus ipso
iure priuatur, Doct. & præci-
puè Bart. in l. 1. § si rem ff. de-
posit. & in l. sequitur §. Item
Labeo ff. de vsucap. Angel. in l.
si à me ff. Ad legem falcid. &
ibi etiam Bart. & Alexand. de
Imol. vide quæ perspicaciter
scripsit Bald. in c. 1. col. 2. ver-
sic. quid si vasallus alienauit de
prohibit. feud. alien. p Fæder.
9 Et deniq; datò etiam, quod †
vasallus causa necessitatis pos-
sit saltem durante eius vita
alienare argum. ll. adducto per
Bald. in d. §. aut si libellario,
vers. sed numquid est licitum.

Et quod vasallus domini excommunicati, vel banniti ob alienationē excusetur, & put apertius, significat Fælyn. in c. qui in ecclesia col. 32. circa medium de Constit. attamen tenetur in casu necessitatis domini consensum reportare, ne dominum contemnere videatur secundum Bal. in loco sup.

vltimo

vltimo loco citatum, neq; excommunicationis domini prætextu, feudum alienare potest, Bald.c.1.col.4.vers. modo venio ad glo.notabilissimam memorato tit. Hic finit. lex D.Federic.

10 Et finaliter pro nunc vasallo † feudum alienante, domino inconsulto, ad quem feudum reuertatur vide, quæ signanter notat Bald.in c.1.§.3.d. tit. de success.feud.& in c.1.§.fin. tit. Quæ sit prima cau. benefit. amit.necnon,& in c.1.si vasal. feud.priuet. atq; in l. 2. C. de libert.& eorum liber.

Veniamus modo ad testamentariam bonorum feudalium dispositionem, quã hercle adeò
11 strictam reperio, vt de bonis † feudalibus, testandi facultas, vasallo omnino tollatur, & ideo vasallum de bonis simpliciter feudalibus in vltima voluntate disponere non posse videmus, nisi accedente licentia, vel confirmatione domini Rolan.in cons 71. num. 10.& 25.lib.2.In feudo etenim nulla vasalli dispositio valet c. 1. de success. feud. Oldr. in cons.
12 272.num.5.Qua de re † instituto, vel legatario in bonis feudalibus, nec estimatio debetur Ruin.in cons. 25.num. 7. libr. 2. quod tamen per Socin. Iun. in cons. 124.in fine declaratur.
13 Regulariter namq, in † generali dispositione, vel renunriatione, non comprehenduntur feudalia, & hæc est ratio adducta per dictum D. Canem, d. cons. 2.inter Feudal.sub num.
14 mihi 317.quoniam de eis † disponi non potest, nisi ratio prohibitiua cesset, ita vt, nec pro anima, de feudalibus, vasallus ipse testari valeat, ex text' dispositione in §.donare, vbi Doctores allegato tit. Qualit. olim feud. alien. poss. & per Alexan.in cons.19.nu.11.lib.6.
15 ita vt pariter † nec candelam pro eius anima, testando relinquere possit, auctoritate Iser. ibidem per eum sub num.318 allegati in c.1.An agnat.vel fil. defunct. ac aliorum optimè cõgestorum per Rolan. in d.cõs. 71.num.10.cum seqq. lib.2.

Idcircò nõ põt vasallus de feudo
16 disponere, qui cũ sit † (dum viuit) vsufructuarius, ideò illius morte, ius feudi finem capit, sicut ius vsusfructus Calcan. in cons.73.incip.præsupposito
17 col. 1. Vasallus † namq; naturalem, dominus autem ciuilẽ habent possessionem, sicuti à pari dicitur de vsufructuario, & propriet.vbi eadem militet ratio Doct. in l. naturaliter in princip.ff.de acquiren. possess.

&

& vt eruditè deduxit Berous in conſ. ſuo eleganti 117. & prout pariter perpolitè, eleganterq; ſic ſcripſit Socin. Iun. in conſ. 72. num. 18. lib. 1.

Iuramenti Fidelitatis præſtatio, Fæudatario neceſſaria eſt, ita tamen, vt non ſemper, ſed vt plurimum illum obliget. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus, iuramentum fidelitatis domino præſtare tenetur, aliàs feudo priuari poteſt.*

2 *Forma iuramenti per vaſallum præſtandi, quæ nam ſit, remiſſiuè oſtenditur.*

3 *Iuramentum fidelitatis à vaſallo, præſtari non debet, quoties feudum ſuper annuo cenſu ſit conſtitutum.*

4 *Mulier iuramentum fidelitatis præſtare non tenetur, vbi ſeruitia perſonalia, & indeterminata promittantur.*

5 *Feudum, quare maſculinum cenſeri debeat.*

6 *Iuramentum fidelitatis non obligat vaſallum, erga dominum infamem, bannitum, excommunicatum, vel de publico crimine damnatum.*

Quod tamen intelligitur durante infamia banno, &c. quoniam ijs ceſſantibus nihilominus fidelitatem iurare tenetur.

7 *Iuramentum fidelitatis, an per procuratorem præſtari poſſit, remiſſiuè.*

8 *Vaſallus, doloſè, tempore à iure præfixo non iurans fidelitatem, an & quando feudum amittat, remiſſiuè.*

1 POſtremo ratione iuramenti, clarum † eſſe dicitur, vaſallum fidelitatis iuramentum domino præſtare teneri ſecundum Bal. de nou. for. fidel. aliàs fidelitatem non iurans feudo priuari pōt cap. 1. & ibi Bald. tit. quæ fuit prima cau. benefit. amitten. &
2 quæ † nam forma iuramenti præſtandi ſit ſeruanda vide c. primum tit. qualit. vaſall. iur. deber, necnon, & Spec. in §. quoniam col. 17. nu. 94. tit. de Feud.

3 Hæc tamen † iuramentū præſtari non debet, quoties feudū conſtituitur ſuper annuo cenſu, Bald. in l. liberti col. vlt. C. de oper. libert. & idem in §. libellariè, de pac. Conſt. Cyn. in auct, ingreſſi col. penult. C. de

D

de Sacr. sanct. Eccl. quod singularissimum dicit esse Alex. in l. virum ff. de verb. obligat.

4 Ab huiusmodi † pariter fidelitatis iuramento repellitur mulier, quoties personalia, & indeterminata seruitia ꝑmittũtur, vt voluit Afflic. sub num. 46. tit. Quibus ex cau. feud.

5 amit. Vnde † Hippolit. Rym. cons. 153. quem sequitur d.D. Canis d. cons. 2. sub num. 190. adduxit feudum censeri debere masculinum, siquidem contra naturam, & consuetudinẽ feudalem, fœmina admitti nõ debet auctoritate tex. in §. fin. tit. quid sit inuest.

6 Taleq; † fidelitatis iuramentum vasallum non obligat erga dominum infamem, bannitum, excommunicatum, vel de publico crimine damnatũ, Bal. in c. 1. nu. 3. tit. Quo temp. mil. inuest. pet. deb. Quod tamen verum est durante infamia, banno, excommunicatione, & cæteris adductis, quoniã eodem absoluto tenetur eidẽ fidelitatẽ iurare, sic sensit Bal. in c. 1. §. fin. num. 3. Per quos inuest. fiat & Fælyn. in c. inter alia in fin. de sent. excommunicat.

7 An † autem, & quando iuramentum fidelitatis per procuratorem præstari possit, vide Præposit. in §. sed vtrum num. 2. d. tit. per quos inuest. fiat.

8 Et an † vasallus dolosè, non petens inuestituram intra annum, & diem amittat feudum, & quando, vide Bald. in c. quoniam tit. de prohibit. feud. alienat. per Loth.

Illustrißimæ, atq; Clarißimæ Borromeorum Familiæ, nonnulla heroica facta, atq; dignitates patefiunt.
Cap. IX.

HAEC Breuiter, tam circa personam, quam circa res, ad veram vasalli fidelitatem cognoscendam, & seruandam deducere volui, & quam hercle toto corde, & pro viribus, erga superiores, & præsertim Potentissimos Hispaniarum Reges, Mediolaniq; Duces Illustriss. BORROMEORVM Familia, pate facit: Exempla etenim habentur infinita, quorum partẽ dignè recensere existimo, quæ ad

ad veritatis confirmationem adducuntur, secundum Bart. in l nemo C. de sentent. & interlocut. omn. iud.

Illustrissima igitur, atq; Clarissima BORROMEORVM Familia à VITALIANO Diuę Iustinę patre duxit originē, qui Romā profectus cū Imperatore Constantino, Bizantiū, quē deinde Cōstantinopolim, de suo nomine appellauit, & ab eodē Imperatore, cum magno exercitu, in Italiam remissus; vt Pontifici Maximo, aduersus Ghottos vndiq; obsidentes opē ferret victor reuersus, virtutis ergo BONVS ROMANVS (qđ vulgus voce corrupta Bonū Romeū vocat) appellatus est, ex quo ꝓdiere viri Sanctitate propè singulari, Diuus MAXIMVS, & Beati IACOBVS, & BERNARDVS, qui in Herruria mirificè colitur, & vt alios complures omittā, quorū meminerūt Historiæ, quis nescit quantus vir fuerit, quanta, & doctrina, & Sanctitatè præstiterit CAROLVS BORROMEVS Card. Sāctę Praxedis, quē inter pios, atq; beatos in cęlesti curia triūphantes à Sūmo nostro Pontificè CLEMENTE VIII. ob innumera illius beatitudinis frequētia signa connumeratū vniuersus Christi fidelis popul⁹ mirificè colit, & quē vti meæ familiæq; meæ singularē apud D. O. M. & Gloriosissimā VIRGINEM MARIAM, intercessorem, supplex oro, vt eundem Dominū nostrum deprecetur, ne ad aliquod declinemus peccatū, sed semper, ad suā iustitiā, faciendā nostra dirigātur cogitationes, & opera. Ad rē igitur quis nescit, quā multos, primū a Mediolani Ducib. deinde ab Imperatore Maximo Carolo Quinto Sūmis gloriæ insignibus ornatos fuisse? FEDERICVM illum ænobarbum, gloriatum fuisse ferunt, quod à BONROMEO genus duceret. Ad hęc à multis etiam Imperatoribus hæc familia honoribus magnis fuit affecta, vt Carolus V. omni memoria colendus apertè testatur in confirmatione Priuilegiorū huic familiæ cōcessorum die 1. Nouembris 1576. in qua hæc leguntur. [Nos attendentes dignitates, & splendorem supradictæ familiæ Borromeæ, quibus a Diuis Romanorum Imperatoribus, & Regibus ornata extitit, tum ob sinceræ fidei affectum, tum ob merita, & obsequia, eisdem præcessoribus nostris, & sacro Imperio continuè præstita &c.

D 2 Phi-

Philippus Secundus Hispaniarũ Rex, vt Potentissimus, ita etiã humanissimus, ex BORROMEIS, alios à secretis, sibi esse voluit, quosdã in Senatum adscripsit, nonnullos bellicis muneribus, ita prefecit, vt grauis armaturæ equitibus longo tẽpore præfuerint; Nec eosdem minori, vel laude, vel dignitatè Pontifices Maximi prosecuti sunt nam complures ab ijs creati sunt Prothonotarij, Abbates, Episcopi, & Cardinales.

Et vt hoc etiam addam, Anno 1403. BORROMEVS, creatus est Comes Arquati, & Burgi, vt appellant Vallis Tari, à Duce illo præstantissimo Ioanne Maaria Vicecomitè, vt gratiam aliquam suis illius in Patrem Ioannem Galeatium meritis referret, cum eius nomine Bononiam, magna, cùm vi tùm prudentia occupasset.

Nec minori liberalitatè, Dux Philippus Maria, VITALIANVM Comitẽ prosecutus est, siquidem illum Aronæ, & reliquorum oppidorum, quę etiãnùm Borromeĩ obtinent, ob insignia, & minimè vulgaria beneficia, Comitem creauit.

IACOBVS Comes Vitaliani filius Episcopus Papiæ fuit.

FRANCISCVS Vitaliani filius, Sãcti Gratiani, Aronæ Abbas.

PHILIPPVS Vitaliani filius.

IOANNES, & VITALIANVS fratres eiusdem Philippi filij, à secretis Mediolani Ducibus.

At Comes Gibertus filius, eques fuit magni animi, & cõsilijs, & & Dux vniuersi exercitus, Vallesianos profligauit; cuius victorię Domossulę adhuc extat monumẽtũ, & sine eius cõsilio nihil postea à Duce gestũ est.

LVDOVICVM Ioannis filium Prothonotarij tit. īsignẽ fuisse.

LANCELLOTVM Io. filium, peditum præfectũ, Nouarię, ac Domossulæ castra à Gallis occupata expugnasse, & Alexandriæ præfectum, ibi diem suum obijsse accepimus.

GALEATIVS etiam Ioannis filius Abbas fuit Sancti Gratiani, Aronæ, & Gratasolij.

FEDERICVS autem Giberti filius vnicus, pedestrium copiarum Dux fuit præstantissimus.

Vti etiam CAMILLVS, qui deinde Como præfectus, Caroli Quinti Imperatoris, post hominum memoriam maximus cubicularius 1541. in Senatorium ordinem est cooptatus, & 1548 Papiæ, atq; eius Castro præfectus est.

At CAROLVS eiusdem frater, Puteolorum fuit Episcopus, & 1536. à secretis supremi consilij, & totius lacus Verbani

bani ditioni præfiat.

FRANCISCVS Fæderici primogenitus, Dux equitũ fuit, & in prælio Augustæ Taurinorũ cecidit acerrime dimicans.

GIBERTVS Secundo loco nat⁹ 1541. non modo dignitate Senatoria, sed Verbani lacus præfectura fuit insignis.

IVLIVS CAESAR, equitum ductor eximius, cũ apud Subalpinos, Imperatoris mandato, oppida, vallis, fossisq; munienda curasset, Castro totiusq; Domossulæ ditioni præfuit, & vt alios multos prætercam quos longum esset recensere.

Fulget inter cæteros Comes RENATVS Iulij Cęsaris primogenitus, q animi robore, & cõsilio excellẽs à nũquã satis laudato Rege Philippo, de anno 1591. Grauis armaturę ductor creatus est, is q est illius sũma, cùm prudentia, tũ humanitas, quotquot inter Ossulanos, ortę erant controuersiæ, ac dissẽsiones omnino sustulit, pulsis factionũ exulib. Omnes, qui Mediolanũ cũ Imperio tenuerũt, eius opera vsi sunt, nã per sæpe legatus, cùm ad alios, tũ ad sũmos Põtifices missus est, & nouissimè, à Potentissimo Philippo hui⁹ nominis tertio, quẽ patre, ac auo, nõ ĩferiorẽ fore speramus, in sũmũ, ac Secretũ, vt appellãt Consilium, adscriptus est.

Vxorem is duxit HERSILIAM OCTAVII FARNESII, Parmæ, ac Placẽtiæ Ducis filiã, non minus pietate, quã forma præstantem. ex qua tres filios suscepit viuẽtes adhuc (qđ Deo sit gratia) quorũ primus.

Comes IOANNES, ab ineunte adolescentia non exiguam prę setulit prudentiam.

Alter, Comes CAROLVS, Sacris initiatus, in litterarum studia strenuè incumbit.

Tertius, Comes IVLIVS CAESAR, licet octauũ ętatis annũ non excedat, litteris tñ tã Græcis, quã Latinis operã nauat.

FEDERICVS, alter est eiusdẽ Comitis Iulij Cęsaris fili⁹, q Cardinalis cũ esset Mediolani, Archiepiscopus est effectus, cuius maior est virtus, & pietas, quàm vt à me possit explicari.

Illud nõ videtur prętermittendũ, qđ BORROMEI cum Principib. Mediolani totiusq; Italiæ viris affinitate cõiuncti fuerũt, nempè, cũ Vicecomitib. Triultijs, Ruschis, Attendolis, Sfortijs, Rubeis, & cum Sabaudijs, Ferrerijs, Gõzaghis, Colũnis, Gesualdis, Pijs, Mædiceis, Roboreis, Somaglijs, Cribellis, Belgioiosis, Rasinis, & Raudẽsib. alijsq; compluribus, quos

præ-

prętereo, ne longa nimis series molesta sit. Quid sacras ædes cõmemorẽ, quas penè Regia BORROMEORVM munifi centia, & pietas errexit? Quis nescit, cũ templũ, tũ Cænobiũ Sanctę Helenę dicatum Vene tijs, ab illis fuisse constructũ, & Mediolani, à Vitaliano, qđ appellãt Humilitatis? Cernuntur cùm Mediolani, & Aronæ, tũ alibi ædes magnificæ ab illis cõditę, ex quibus fidelẽ, ipsorũ bonorũ feudaliũ cõseruationẽ eosdem seruasse, nemini latet.

Hoc vnũ propono, ꝙ s. humanitas, & beneuolentia Comitis Renati, erga eiusdẽ populos euidẽtissima, eosdẽ vehemẽter ad illi⁹ fidelitatẽ traxerit, atq, sic', vt vera fidelitatis signa erga eũ habere significẽt & pser tim VALLIS ANZASCHA, in qua morã degẽtes quãplurima verę fidelitatis īditia dmõstrarũt, & ob id dato ẽt ꝙ inter fines Status Mediolani, & Germanorũ, seu Heluetiorum sint positi, nihilomin⁹, tũ priuilegio rũ, vigore, vt id p relationẽ habui, tũ ẽt ex antiquissima possessione, à militum hospitatio-nib. & absq; militari pſidio, tu ti, & exempti reperiũtur esse.

Florida quidẽ pſentaneè, ipsa Vallis, tum viris, virtutibusquè diuersis decorata, tũ etiam viris, opibus, tã in patria, quã extra munita reperitur præcipueq; (saluo semper cæterarũ villarũ, seu pagorũ honore) VANZONENSES, vnde maiores mei ortũ habuerũt, & in quo loco nõnulla possideo prædia, qui adeò honorũ adipiscendorũ cupidi relicta patria aliò migrarunt, illi equidẽ VANZONENSES fidelitatẽ inter cætera demonstrãrũt dũ bellico tempore Germanorũ, seu Heluetiorum ipsam Vallem inuadentiũ, atq; aggredientiũ, brachio, cæterorum, & in d. Valle habitantiũ, & aliorũ subditorũ, in agro Augustano, in certi ceq; montis iuxta Vanzonum existentis, exercitũ cõciderint ob idq; hostiũ, maxima fuerit secuta strages. Particulariter autem MAGONORVM Familia, de d. Vanzoni loco ratione originis ptermissis egregijs ALBASINORVM, atq; CVRETORVM Familijs sese fidelem ipsi Illustriss. BORROMEORVM Familiæ ostẽdit, atq; in primisq. Io. Petrus Magonus abauus meus, q dũ in hac Papiæ Ciuitate vna cũ Illustriss. quond. memoriæ recolẽdę digno, Comite FEDERICO BORROMEO Seniori, commoraretur, eodem Comite extra eiusdem pallatij

Ianuam

Ianuam solo post prandium, deambulāre, ecce quod ex improuiso, eiusdem Comitis inimicorum turma, qui ipsa Ianua vectibus clausa, ne serui, in eodem pallatio commorantes illorū domino opem ferre possent, ipsum Comitem interficere conati fuerant, & eodem se animosè defendente, atq; ipsum Io. Petrum, vti de illo magis fidelē vocante, statim ense magno, quem Rompheam appellant Grammatici, Ianuam se contulit, quam cum clausā foris reperisset d̄ fenestra] eminenti, se cum dolono demisit apertaq; ianua, vt serui exire possent ad sui domini defensionem, adeò viriliter se gessit, vt ad saluandam eiusdem Comitis vitam, duos ex inimicis occiderit, reliquos autem fugauerit, præter id quod in rebus maximi momenti eundem Io. Petrum sæpe numero præfecit vt ex litteris, q̄ vsq; in hodiernam diem pęnes me seruātur. MAGONORVM, itaq; casata, cum ea cordis sinceritate, atq; cum ea animi, & corporis fidelitate, Illustris. BORROMEORVM Familiæ, adeò deuicta reperitur, vt anteposito Potentissimo Hispaniarum Rege, Mediolaniq; nostro Duce, præsenti durante seculo vitam propriam, etiam vsq; ad amissionem corporis inclusiuè in prædictæ Illustris. Familiæ seruitium anteponere, quandocūq; paratam sese exponat, Sed vt eò reuertar vnde ob singularem, & veterem non modo meam, sed maiorum meorum in BORROMEOS vniuersos digressus sum, vlterius proinde me extendere nolo, circa d. Illustris. BORROMEORVM Familiæ laudes, quādoquidem infinitum esset illas recensere, & cuius facta heroica, adeò sunt notoria, vt illa commemerare superfluū mihi videretur.

Non tamen sic immemorem me ipsum prætereo, quin etiam, CRIBELLORVM Familiā ob illius fidelitatis signa, tum erga P. Hispaniarum Reges, tùm erga Serenis. Duces Sabaudiæ, atq. Pædemontium Principes in dies illustratam, indicem.

In primis igitur Illustrissimum, (Fælicis. recordat.) ALEXANDRVM CRIBELLVM, ante susceptam Cardinalatus coronam, à P. Hispaniarum Rege, illius exercituū generalem Ducem, creatum fuisse prospicimus.

Is, duos, inter alios, suscepit, filios Comites, scilicet ANTONIVM

NIVM, & ALVISIVM, qui adeò erga', & Potentiſs.Hiſpaniarum Reges,& Sereniſſ.Duces Sabaudiæ,circa verã fidelitatem ſeruandam,ſtrenuè,diligenterq. laborarunt. vt ob id non ſolum à Catholica Hiſpaniarum M.Equitatum, Cruce rubea ornati,ſint cõſecuti, ſed etiam eiuſdem Cath.M. nomine emolumenta peccuniaria, atq. honoraria ſingulo anno, ſtipẽdiati,exigant,&d.Comes ANTONIVS, & Comes FRANCISCVS, d. quond. Com. Aluiſij filius.

Is (inquam) Comes ANTONIVS à Sereniſſ. Sabaudiæ Duce, & Canellarum primo loco Comitatu,nunc verò ipſiuſmet loci Marchionatu meritò decoratus eſt; præter id, quod Gubernationes Pędemõtium eidem commiſſæ fuerũt, vt id omnibus notum exiſtit.

Ex eodem Comite Antonio in lucem prouenere Comes CAROLVS, qui ab eius indole Sereniſſimo CAROLO EMANVELI præſentaneo Sabaudiæ Duci ſeruitia ſic fidelia præſtauit, vt meritò prius, ipſius Sereniſſ. Ducis, Vigilũ, cohortis Prætoriæ Præfectus, exindeq. ab eodem Sereniſſ. Duce,Niceæ Narbonenſis Galliæ Adiminiſtrator creatus fuerit.

Item Comes ALVISIVS,qui ob eius ipſiuſq. Familiæ ſingularia merita ſic fidelia ipſius opera pandit, vt hæc eadem,rerũ publicarum dignum Adminiſtratorem,eundem patefaciãt.

Necnon, & Comes ALEXANDER, qui inhabitu clericali incedens, Romeq. ſtudijs operam nauans,bonam ſic de ſe fidem præſtat, vt omnibus multum profiteri, de ſe ſperetur.

Neq. minoris expectationis dicitur eſſe Comes, FRANCISCVS Cribellus dicti Com. Aluſij Senioris filius,& Durni Feudatarius, qui ob eius ſingularem fidem,atq. merita, erga Sacram Catholicamq. Regiã Hiſpan. Maieſtatem,ſtipendia aliàs d. eius genitori aſſignata per eandem M. & is hæc eadẽ, à Regia Cam. exigat, adeò namq. viriliter, & optimè. ei⁹ opera gerit, vt nedùm, illius ſubditi eũdem ſummo amore proſequantur, ſed & meritò, affinitatem, cum Perilluſtri MARLIANORVM Familia contraxerit, quãdoquidem matrimonio ſe copulauerit,cũ Perilluſtri Comitiſſa CLARA, Perilluſtris Com.PAVLI CAMILLI MARLIANI filia, elegantia corporis, animiq. integritate ſic fulgẽti,

vt ob

vt ob id maximam quibuscunquè præstet consolationem, & quibus in æuum pñtiq; seculo durante filiorum sobolem, & seu progeniem, ad eorundem Familiæ conseruationem à D. O. M. deprǽcor.

Quamplurimæ pariter reperiuntur, aliæ familiæ fideles, & præsertim in hac Alma Ticinensi vrbe pręcipuè, illorum de Beccaria, Mediobarbis, Iximbardis, Buschis, Salernis, Buttigellis, Cornazzanus, Oleuanis, Lunatis, Gattinarijs, Bottis, Scaramucijs, Attendolis, Curtijs, Belisomis, Georgijs, Bozzulis, Nigris, Landulphis, Zazijs. Rubeis, Manganis, Valentibus, Patucijs, Canibus. Gambaranis, Toppis, Tacconibus, Rouescallis, Pasqualibus, Trouamallis, Petra, Costis, & quãplurimis alijs, quarum fidelitatem singulatim demonstrare nimis longa se exponeret series, sicuti etiam de cuiuslibet alterius particularis fidelitate diserere infinitũ esset, & ne p̱lixitas me à materia proposita abducere videatur, idcirco ad Notarij fidelitatem deuenio.

Ea quæ exercitij Notariatus, fidelitatem, pertinent, Maximiliani Imperatoris Constitutionis medio ad vngem successiuo ttadduntur ordine. Cap. X.

HOc specialiter præmittendum non esse existimo, scilicet fidelitatem notarij versari circa ea, quę illius fidei committuntur, atq; sic vt diligenter aduertat, ne fraus aliqua, tam respectu illius personæ, quám ex contrahentium latere sequatur.

Quamplurima hercle not. memoriæ recolenda, ad illiusq; offitium pertinentia, sicco pede pertransire non decet, & quib. pleriq; mini mè animaduertunt, quæ quidem substãtifica sunt, & de quibus meminit Maximilianus Romanorũ Imperator semper Augustus in sua Nouella Constitutione idcirco ne illorũ omniũ inscijs futuro vnquã tpe, ob illorum ignorantiã excusatio permittatur (q̃ tú ante illorũ adeptũ offitiũ scire tenent; verba ideo ipsius Constitutionis, hòc loci apponere dignum iudicaui, & quæ sunt hæc videlicet.

Diui Imperatoris Maximiliani super Offitij Notariatus exercitio Constitutio.

MAximilianus diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germanię, Hũgariæ, Dalmaciæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgũdiæ, Lothoringiæ, Brabontiæ Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, et Geldriæ, Landgrauius Alsaciæ. Princeps Sueuiæ, Palatinus in Habspurg, & Hannoniæ, Princeps, & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Arthesij, Holandiæ, Selandiæ, Soretis in Kiburg, Namurcij, & Dusburgij, Marchio Sacri Romani Imperij super Amasum, & Burgoniæ, Dominus Phrisiæ, Marchiæ Sclauonicæ, Mecliniæ Portusuaonis, & Salinarum. Gloria Reipublicæ, decusq; totius Romani Imperij, & Subditorum vtilitas: in quorum prosperitate vtique prosperamur, Nos, qui superna prouisione, & non nostris meritis, ad culmen, Imperialis, seu Cæsareæ dignitatis, & plenitudinem potestatis sublimati sumus, inducũt, vt non solum ad ea, quæ ad augmentum & sublimationem Imperij, sed & ea, quæ ad reformationem deformitatum, correctionem errorũ, & defectuum emendationẽ pertinẽt, ac periculorum submotionem, quæ in Republica aliquaado cõtingunt, & subditis quotidie imminent, aciẽ nostræ considerationis dirigamus. Hinc in initio regiminis nostri, & susceptæ administrationis in Imperio, pro iustitia, & pace conseruanda,

quæ

quæ tunc quodammodo in finibus Imperij exulauerunt, certas, per quas celerius causæ in iustitia expediantur: et illi qui pacem turbare conantur, arctius quam ante coerceantur, & comprimantur, edidimus ordinationes. Verum quia nedum pro iustitia & pace manutenenda; sed ēt alijs, quæ quotidie in Republica, & subditis occurrunt, Tabellionatus seu Tabellionum officium perutile, & necessarium existat, per quod placita, vota & gesta hominum (ne memoriæ labilitati seu obliuioni subdantur) per scripturæ ministerium, certæ & perpetuæ memoriæ tradantur, publicisq; firmantur documentis. Et quam plurimi Notarij seu Tabelliones, & se saltem officio Notariatus ingerentes in Imperio (ut per experientiam didicimus, multorumq; accepimus clamore) defectuosi, & indigni inueniuntur, tum ratione conditionis & qualitatis personę, cum ratione defectus etiam scientiæ, & morum: ac qui aliàs multipliciter inutiles existunt, vt puta, aliqui seruili cōditioni astricti; alij de falsi, presertim etiam circa tale officium Notariatus commissi, aut etiam alijs criminibus irretiti, seu publicè diffamati alij negligentes, nonnulli indocti & imperiti, ex quorū imperitia, negligentia, & malitia innumeros homines defraudari, negligi, & grauari non est dubium. Ad obuiandum igitur huiusmodi periculis, & defectibus, necessarium etiam putamus desuper fieri prouisionem, virisq; doctrina, & harum rerum experientia suffultis mādauimus, qui nostra authoritate præsentem ordinationem compilauerunt. Quam cùm nobis obtulissent, eamq; diligenti studio perlegissemus, animaduertissemusq; multiplicē eius fructum & vtilitatem ipsā nostra Imperiali authoritate, de nostrorum, ac sacri Roma

ni Imperij electorum Principumq; & statuum aliorum consilio confirmamus, approbamus, eiq; plenissimũ robur attribuimus, atq; per vniuersum Romanum Imperiũ diuulgari præcipimus.

Hanc igitur saluberrimam reformationem, & ordinationem studeant Notarij publici, ad quos præcipuè pro Notariatus officiorum excercitio, & practica, ipsa porrigitur, humili deuotione amplecti, summaq; diligentia seruare, ac iuxta eandẽ, & alia, quæ suis in iuramentis super huiusmodi præstitis, vel etiam à iure communi, vel locorum laudabilibus consuetudinib. tradita introductaq; sunt, officia sua legaliter, fideliter, & sincere exercere, pro vt vltra damna et interesse, atq; aliàs partibus à se neglectis, vel defraudatis, tenebuntur, nostræ Imperialis Maestatis seueram euitare velint correctionem.

In primis igitur ordinamus, Q̃d circa personas approbandorũ vel denuo instituendorum, habeatur ratio conditionum & qualitatum earundem, ne approbentur, vel instituantur prohibiti: vt pote infideles, serui, infames, præsentis ordinationis, & aliorum requisitorum non informati: Item vel excommunicatione maioris, vel Imperialis Banni cẽsuris innodati. Et in summa, qui à testimonio iure repelluntur, cum tstium vice fungantur. Et cum sit de iure, communiq; vsu, practica & consuetudine introductũ, vt seruetur circa publica instrumenta, eorumq; sollemnitates, talis forma: vt videlicet, à principio inuocato diuino nomine, à quo cuncta bona prograediũtur, imponatur Annus salutis, Indictio, nomẽ ac annus Principis, dehinc Mensis, dies, hora, locus, loci locus, deinde facti, seu actus gesti series, hinc testium adhibitio, quorum singulorum nomina & cognomina clare designentur

signentur, & finaliter Signetum, subscriptioq; Notarij, cui semper debet de hoc rogari seu requiri, & de rogatu suo attestari.

Mandamus ergo, precipimus et ordinamus huiusmodi formã vlterius seruari, saluis non minus alijs de cuiusuis loci consuetudine seruandis: Ita tamen vt saltem in terris sacris Romani Imperii, Nomen & Annus regiminis, seu Imperii, Romanorum Imperatoris, uel regis pro tempore existentis, nullo modo sicut hactenus à nonnullis, & male, neglectum est, de cætero omittantur.

Deinde mandamus, vt quiuis Notarius studeat omni modo habere, & quidem summa cum custodia conseruare, ac post se relinquere, Vnũ Prothocollũ, in quo per se ipsum, non alium, singuli actus corã se gesti, & de quibus rogatur ordine inscripti, redigantur, Instrumentorumq; quæ inde edita fuerint, Copias, de verbo ad verbum concordañ. registratas retineat & conseruet, vt de perditis antea editis instrumentis, siue ante, siue post mortem suam, quando & quotiens alia instrumenta de nouo fuerint edenda, vel prætextu editorum suspicio, error, dubium, vel altercatio occurrat, ad tale prothocollum registrumque possit haberi recursus. Hoc autem vsque adeò seruetur, vt huiusmodi Prothocollata, etiam partibus, quæ contraxerunt, vel egerunt consentieñ. vel pro infectis nullisq; haberi volentibus, seu deleri ex libro, uel cancellati peteñ. non saltem pro tanto deleantur, seu cancellentur, quin nõ minus legibilia maneant, & retineantur. Quid enim si alterius tertii, siue Fisci, siue priuati intersit, seu interesse cœperit rem sic esse gestam, et ex prothocollo veritatem apparere posse?

Caueãt etiam Notarii, Nequis an quantumcunq; fidedignã relatio-

relationem quicquam aliud plus, vel minus, quam quod coram se & testibus ad hoc adhibitis, actum, gestumue, atq; de quibus tempore actus huiusmodi, nō antea vel post, ex interuallo rogatus fuerit, atq; etiam quod corporeis sensibus perceperit, eo quod officium, seu authoritas sua, ad alia se non extendat, in prothocollo suo scribat, vt desuper Instrumentum edat.

Sed in his sensibus est habenda distinctio: nam & in visu & auditu sufficit Notarius in præsentia testium videat, & audiat: in alijs vero, vt gustu, tactu vel odoratu requiritur quod testes coram se gustent, tangant, vel odorent, & de qualitatibus eorum, quæ per huiusmodi sensus perceperint, coram partibus, & testibus, & se Notario attestentur, de eisdem enim sic attestatis, nō autem de proprio suo gustu, tactu, vel odoratu, Notarius efficaciter potest testificari. Si tamen Notarius se similiter gustaße, tetigisse, uel odorasse atque percepisse addiderit, non modicum fidei facit.

Potest autem, & Notarius rogare de actu muti, & scribere signa, seu mutus eius, vt potest sic: cum talis propter accidens loqui non potuerit, interrogatus à me humeris, uel capite innuendo consensit, & similia.

Et licet ex consuetudine Notarius toleretur per alium fidelem, quando est alijs impeditus, facere ad mūdum scribere instrumentum à se dictatum, & completum, postea per ipsum subscribendum, & signandum: tamen prothocollum suum seu extensionem eius per seipsum, non per aliū facere, vel si ex aliquo accidēti protunc scribere non possit, ea vice alteri extendendum de verbo ad verbum pronuntiare, & in subscriptione de huiusmodi impotentia, & alterius ingrossatura attestari debet.

Et

Et quamuis non requiratur plena, & attenta extensio protbocolli, sicut instrumenti inde extracti, tamen Notarij debent saltem breuibus, & summarijs verbis substantiales clausulas ipsius actus, etiam iuxta cuiusq; contractus, seu actus naturam, vel loci consuetudinem solitas, et signanter clausulas Renuntiationum præiudicialium attingere.

Nam cum consensus, & intentio contrahentis, vel agentis sit de substaatia contractus, seu actus celebrati, singulorumquè de quibus conuenerunt partes etiam, si solita sint apponi, neq; talis consensus porrigatur ad ea, quæ quis ignorat, requiritur, quod Notarius coram se, & testibus saltem summariè recitet, ac legat partibus pacta, renuntiationes, & clausulas singulas super quibus fundatur vis ipsius coram se gesti, ac cōsensum desuper exprimi curet. Licet enim ius præsumat, contrahentes singulis, quæ secundùm contractus naturam, vel loci consuetudinem solēt apponi, consensisse, etiam si ex prothocollo non appareant, neq; à partibus exprimātur, nonnulliq; velint à Notario hoc nō requiri, tamen tutius & æquius est sic obseruari, propter multa. Præterea Iudicis est nō Notarij, ad præsumptionem scribere: sed de his solis, quæ corporeis sensibus percipiuntur, vt supra dicitur, cum ad instar testis Notarius scribere debeat.

Maxime autem ista sunt seruāda in Contractibus, & actibus, in quibus scriptura est de substantia. imo extunc requiritur, vt coram contrahentibus, & testibus de verbo ad verbum singula relegantur: quia antequam scriptura compleatur, & à partibus pro completa habeatur, contractus non censetur perfectus, vel efficax: postea vero quicquam addi, detrahi, vel mutari, etiam de partium

tium consensu non potest.

Poterit tamen Notarius de his, quæ partes mutare, addere, vel detrahere vellent, denuo rogari, & desuper facere instrumentum, prioribus gestis manentibus in prothocollis. Præcipuè autem sint cauti Notarij à fraudibus, & fallacijs aliquorum, siue corā eis contrahentium, siue aliorum, qui simulantes se Notarios à laborum prolixitate releuare velle per se vel alios subordinatos dictant instrumenta ex imbreuiatura ipsis edenda, & ad mundum scribi faciunt, ac postea offerunt Notarij subscribenda, & signanda: in eis enim sæpe dolo se, & in præiuditium aliorū, secum contrahentium rei gestæ detrahunt, vel addunt, quæ sensum, vel substantiam immutant, quod facile quandoq; vno verbo, vna sylla-ba, imo interdum vna litera fieri potest, & tam inaduertenter, & subtiliter, quod uel Notarij, vel alij secum contrahentes, vix vel nullo modo sentire possunt, ex quo ipsi Notarij intelligant, quam periculosum esset prothocolla, seu Imbreuiaturas suas per alios, maximè alteri parti susceptos, vel qui actibus prothocollatis non interfuerunt, extendi facere.

Secus tamen esset, si antequam contractus, seu actus absolueretur, seu concluderetur, talis extensio, siue ab ambobus contrahentibus, siue altero eorum fieret, & postea coram ipsis, & Notario & testibus legeretur: & vbi sic contrahentibus placeret extunc Notarius rogaretur. Posset enim tunc Notarius secure scribere, partes iuxta istam extensam formam ipsis lectam, & approbatam coram se, & testibus requisitis contraxisse, & egisse ac cæteris prothocollis suis adiungere, atque postea publicare.

In summa maximo studio aduertant Notarij, nec circa prothocollorum, seu abbreuiaturarum

rarum

rarum impositionem festinēt, seu præcipitanter agant: Sed cum diligentia, & considera tione clausulas quasuis prothocollent. Nam tota officiorum iuramentorumq; suorū desuper præstitorum vis, & substantia in hoc consistit, ut bene diligenterq; aduertant, & intelligant coram se gesta, & de quibus rogantur, & ea, quæ visu audituq; proprijs in testium similiter animaduertentium in præsentia perceperint, prothocollent, & publicent sincere ac fideliter, sine vel ueritatis occultatione, vel falsitatis admixtione quauis, adhibitis solemnitatibus à iure, vel locorum, in quibus instrumenta facient, consuetudinibus introductis, vt supra dicitur.

Notarius autem, seu Tabellio cū sit Reipublicæ seruiens, virtute sui officij tenetur, & super his, de quibus saltem cum mercedis præstatione rogatur dummodo aliàs sint licita, & non prohibita facere instrumenta, nisi sit factus Doctor, Decurio, Monachus, vel Clericus. Veruntamen ijdem si se rogari permiserint, tenentur Imbreuiaturas suas publicare; velantq; instrumenta eorum. Possunt tamen pro his, quibus ultro se ingerunt, tamquam prohibitioni contrafacientes puniri.

Sciant etiam Notarij eorum nullum posse officio suo renunciare, nisi in manus Principis, cuius authoritate est creatus, vel Signetum suum consuetum, saltem sine Iudicis authoritate, causaque rationabili mutare, aut instrumentum alieno signo signare.

Et quamuis Notarius prothocollum, siue abbreuiaturam suam extendere, & omnia ponere, quæ declarant mentem contrahentium, vel testatorum, citra substantiæ mutationem possit: tamē alterius siue viuētis, siue mortui prothocollum, seu abbreuiaturā etiam sibi legatam, extēdere,

seu huic quicquam addere, vel detrahere, seu aliter quã de verbo ad verbum in publicam formam redigere sine authoritate Iudicis, non potest, nec debet cum extensio, & quid sub signo, &c. vel alijs defectuosis, vel abbreuitatis verbis fortè inibi positis comprehendi intelligatur, ad Iudicis, non Notarij æstimationem spectet.

Aduertant etiã Notarij, Quod quando in extensione, & ingrossatione instrumentorum rasuras maximè notabiles, et in locis suspectis, in vna, vel pluribus rigis faciunt, vel verba interlinealia, seu ad margines apponunt, à quibus quantum potest, cauendum est, quod extunc in corpore instrumenti, vel saltem subscriptione, de his faciant mentionem, & approbationem. Et hoc maximè quando talis interlineatura est scripta ad marginem facta, non est manus propria ipsius, qui instrumenti tenorem ingrossauit.

Item Notarij caueant, quia præsenti ordinatione prohibẽtur scribere instrumenta sua nimis abbreuiata, vel obscura, vel ambigua verba, quæ vitiant instrumenta, nec per zifferas, signa vel notas maximè non communiter omnibus cognitas cum facile possint mutari, & corrumpi, sed scribant per literas integras, communes, legibiles, & cognitas in pergameno non papyro, in latina, vel nostra Alemanica lingua.

Si casu amittatur alicuius Notarij prothocollum, & de hoc doceatur, poterit Notarius agere contra detinentem instrumenta prius inde extracta, vel si haberi nõ possunt, examinari facere testes, qui interfuerunt, & inde nouum facere Prothocollum.

Sint etiam Notarij circa instrumentorum editionem, & publicationem diligentes, & cauti, nec committant errores, cũ partes inde ad plures incommoditates, pericula, & expẽsas

sas sæpe deducantur, quas sine dubio sibi errantes refundere tenebuntur. Quod si vero, siue probabiliter, siue improbabiliter contigerit aliquem incidere errorem, siue in solemnitatibus, siue nominibus, locis, temporibus substantia, siue aliis, tutius est, ut saltem post editionem, cũ Notarij postea videãtur functi suo officio, ad euitandas ambiguitates dispositionum, & altercationes varias, nõ sua sed Iudicis desuper aditi authoritates errores huiusmodi emendentur.

Possunt etiam Notarij actuum coram se gestorum, dummodo tamen ab eo, vel his de cuius vel quorum voluntate dependent actus huiusmodi, desuper tempore eorundemque actuum rogati fuerint, sine trepidatione, alteriusq; authoritate, imo tenentur sub pœna in iure expressa, edere instrumenta eis, qui rogarunt, seu eorum procuratoribus, hæredibus, successoribus, vniuersalibus, vel singularibus saltem semel. Sed quando sæpe eisdem, vel alijs petentibus, & prætendentibus sua interesse, maximè, vbi quæstio, seu dubium desuper esset vel timeretur, alijs periculũ seu præiuditium ex tali editione verisimiliter imminere, tutius, ac consultius est propter varias in hoc opiniones, vt Notarij faciant se citari coram Iudice, cuius authoritate vocatis vocandis editionem huiusmodi faciant vel denegent.

Notarij autem sciant se non de nocte nisi ex vrgente causa, quam exprimant, uel in locis occultis, seu clausula rogari, vel instrumentari debere, cũ hoc non sine suspicione procederet.

Debent autem Notarii præcipuè esse soliciti, & diligentes circa testamentorum, & aliarum vltimarum voluntatũ confectiones, propter magna ex eis imminentia præiuditia. Sunt enim secũdum sacratis-

ſimas leges teſtamentorũ genera duo, alterum quod fit in ſcriptis, ſeu mediante ſcriptura clauſa, inuoluta; alterũ vero & cõmunius, quod per ſolam nuncupationem, ſine ſcriptura, vel aliqua literali ſolemnitate fieri ſolet. Et ideo nuncupatiuum dicitur, neq; ſcripturam de ſui eſſentia requirit. Item poteſt, & tertium genus adhiberi, quod fit à Cęco cęcaue per nuncupationem, tamen non ſine ſcriptura, vt potè tam à Notario quam teſtibus adhibitis, & rogatis proprijs manibus ſubſcripta, ſingulorũq; ſolitis Signetis ſignata.

Et aduertãt ipſi Notarij, Quod ad ſingulorum teſtamentorũ pręmiſſorum genera cõficienda requiruntur ſecundũ Leges, teſtes ad minus Septem, incluſo ipſo Notario. In Codicillis autem, in quibus legata & fideicõmiſſa relinquuntur, ſine hęredis alicuius inſtitutione, vel in donationibus cauſa mortis, & in iure, vbi ruſtici teſtantur, & plures haberi non poſſunt teſtes, ad minus quinque. In parentum autem inter liberos, vbi nullum aliud teſtamentum procedit, quod infirmandum ſit, & in militum, in caſtris non autem bellicis expeditionibus exiſtentium teſtamentis, remittitur numerus teſtium vſq; ad duos.

Milites autem in expeditionibus bellicis exiſtentes, etiam ſine omni ſolemnitate, vel teſte, quocunq; modo velint teſtari, poſſunt, non autem exiſtentes in talibus expeditionibus ſeu Caſtris, iure communi teſtantur.

Requiritur etiam, Quod in teſtamentis, vt non ſolum rogentur teſtes: ſed ſpecialiter ad actus huiuſmodi teſtandum vocentur & adhibeantur, vel ſaltem ſi caſu illinc ſint, ad hoc pręmoneantur.

Item requiritur in omni teſtamento, quod teſtator teſtatrixue verbis intelligibilibus loqui, aut ſcribere ſciat, nam

neutrum

neutrum eorum sciens, mortuo similis in hoc reputatur, & testari non potest.

Praeterea etiam requiritur in omni testamento, etiam nuncupatiuo, vt singula gesta in notam iam recepta, relegantur coram testatore testibusque anteaquam abinuicem recesserint.

Caueant ergo Notarij se ab his, qui neq; articulatim, & intelligibiliter loqui; neq; scribere possunt, cum sint intestabiles.

Videant autem Notarij testamentis adhibiti, & etiam testari volentes; quos adhibeant testes, quia multi prohibētur adhiberi, vt regulariter omnes, qui sunt actiuè vel passiuè intestabiles, & praeterea mulier, hermafroditè, in quibus muliebria precellunt, in potestate testantis existēs hæres scriptus, & cum eodem in eadem existens potestate, vnde consulitur vt ad requisitum numerum testes alij recipiantur, ne propter aliquorum inhabilitatem testamenta irritentur.

Testamenti autē in scriptis, quod magno in vsu amplius nō est, sed ab eo fit, qui in eius vita neminem suæ vltimæ voluntatis cōscium esse vult, talis est forma: Producit testari volens in medium corā testibus septem, ad id specialiter conuocatis, seu præmonitis, et rogatis viris, liberis, puberibus, omnib. simul præsentibus scripturam consignatam, vel ligatam, vel tantum clausam vel inuolutam, siue ipsius testatoris, siue alterius cuiuslibet manuscriptam, offertq; illam istis testib. à singulis eorum scribendam, & Signetis suis solitis signandam, dummodo tamen apertè dixerit suum esse testamentum, quod offertur, ibiq; coram testibus sua manu propria subscripserit, vel si ipse scribere nesciat vel tunc non possit, alterius octaui testis manu nomine & iussu suo in reliqua parte testamenti subscribi faciat: tūc

eodem

eodem die, & tempore nullo interuallo, vel etiã actu extraneo, nisi forte necessitatis causa, & modico interrumpente, per singulos septem testes propriis suis manibus subscribitur, & sigillis suis, seu Signetis solitis signatur.

Testamenti autem Nuncupatiui forma est. Quia testari volens, eius vel eorum, quem seu quos hæredem, seu hæredes suos esse velit, legatariorumq; nomina, & ea quæ in eo contineri vult, coram septem testibus ad hoc vocatis & rogatis, palam, & dilucide nuncupat, & exprimit.

In Cæci autem Testamento requiruntur subscripta, Primo qđ tam Notarius, quam testes septem ad hoc vocentur, & cuius causa vocati sint, certificentur. Secundo, quod testator hæredem, seu hæredes à se instituendos, & nedum nomen seu nomina, sed & dignitates, seu conditiones alias eorundem pro tanto, quod propter solam nominis, seu nominũ expressionem non oriri possit ambiguitas. Et propterea aliam suam voluntatem tam circa eorundem hæredũ institutiones, quam substitutiones, fideicommissa, atq; legata, coram ipsis Notario, & testibus clare exprimat. Tertio, quod Tabellio, vel si is haberi tunc non possit, octauus testis vocatus vice eiusdem, atq; testes singuli per testatorem ad hoc rogati, vno & eodem tempore, loco, & nullo interuallo, seu actu extraneo, nisi forte modico, & necessitate naturæ interueniente, sese in fine, vt pote in margine instrumenti inferiori subscribant, simulq; consignent. Potest autem testari volens, vel in ipso actu coram testibus, vel si magis placet, antea per alium quemcunq; voluntatem, vel testamẽtum suum dictari, & scribi facere, & postea coram testibus & Tabellario prius patefacta cuius causa vocati sint, chartulam ipsam coram

se &

se & testib. recitare, & vbi tenor eius omnibus notus fuerit, profiteatur testator, elogium suum id esse, & ex animi sui, quæ lecta sunt, dispo-suisse sententia: & in fine sequantur subscriptiones, atq; signacula, tam testium, vt prædicitur singulorum, quam Tabellarij: potest etiam vnus vel plures si proprij Signetis carerent, alterius, seu aliorũ signo, vel signis in hoc vti. Istam autem formam non solum in testamenti Cæci, sed Codicillorum, vel aliarũ vltimarum voluntatum confectione obseruari necesse est.

Sciturις omnib. Notarijs, Quod prefatas Testamentorum formas à lege traditas diligenter obseruare negligẽtes, præter hoc quod testamenta aliter facta, de iure ciuili non subsistunt, etiam iuris pœnas non euitabunt.

De Insinuatione literarum Imperialium.

CIRCA Imperialium autem vel Cameræ nostræ Cesareæ iudicij literarum citatoriarũ vel quarumcunque aliarum Insinuationes, si quis desuper rogatus fuerit aduertat, vt sub præstito in officio suo fidelitatis iuramento, literas huiusmodi originales illi, vel illis, ad quẽ seu quos dirigun tur, retento tamen penes se toto tenore inde descripto, & postea in instrumẽto Insinuationis integre inserẽdo in p-sonam, seu personas proprias commode haberi non poßunt, ad domum, seu domos solitæ habitationis eorundem, vel per edictum, per Iudicem decretum præsentent, legãt, insinuent, atq; illi relinquant quam fideliter.

Quod si verò, ac quoties contigerit, aliquas tales literas plures personas in diuersis residentibus domib. seu locis continere, quibus singulis facienda sit prẽsẽtatio, seu insinuatio earundem: Sciant Notarij buiusmodi præsentationẽ, & insinuationem singulis eorum, de quib. rogati fuerint,

cum

cum ostẽsione, & lectione originalium esse faciendam, modo & forma præmissis relicta, & tradita cuiq; eorum Copia collationata, & concorde, nisi forte in vna ciuitate, seu villa, in diuersis tamen ædibus habitantes, paucioribus copijs fuerint contenti.

Præsentationum autem, seu insinuationum suarum huiusmodi, & earum Dies Menses, Annosq; & loca singula: & si forte aliquis, cui sit insinuatio, se parere nolle, vel in Imperatoris, vel iudicij Cameræ contemptum, seu ignominiam irreuerẽter verba proruperit, instrumentis suis, tã his ad quarum instantiam, quam illis, quibus facta fuerit præsentatio, siue insinuatio edendis, vna cum literarum insinuatarum tenorib. integris referant, & attestentur sincere, & fideliter.

De Constitutionibus Actorum & Procuratorum.

IN Constitutione autem tam actorum, quæ à Tutoribus, vel Curatoribus Minorennium ante lites contestatas, & quidem cum authoritate, decreti interpositione Iudicis fiunt, & fieri debent, quam procuratorum ad lites, attendant bene Notarij, cum ad iudiciũ Imperiale quotidie veniant instrumenta procuratoria defectuosa, vt quantũ tam ad actus specialia requirentes mandata, quàm alias clausulas apponi solitas, & consuetas, de quibus etiam vulgaris habetur forma, bene extendantur instrumenta cum clara specificatione, quẽ vel quos constituent, siue insolidum, siue coniunctim, siue diuisim, Procuratores velit habere. Jta quod non sit melior conditio vnius quam alterius, seu aliorum. Sed quicquid vnus inceperit, alter id continuare possit, mediare, & finire, videlicet ad agendum, defendendum, libellandum, litem contestandum, iurãdum de calumnia, & aliud quodcunq; licitũ iuramentũ,

præ-

præstandum, ponendum, articulandum, positionibus aduersis, etiam per iuramentum, respondendum, Testes & alias probationes producendũ, excipiendum, replicandum, duplicandum, triplicãdum &c. concludendum, Sententias audiendum: ad appellandum, & prouocandum, si ad iudicia inferiora dirigantur apostolos petendum, recipiendũ, appellationis causa prosequendum, alium vel alios loco suo substituendum, istos reuocandum, & iterum totiens quotiens substituendum &c. Et generaliter omnia alia & singula, &c. faciendum cum promissione, & cautione solutis de rato & releuando, sub omni constituentis rerum & bonorum obligatione, & hæc omnia in extensa communiq; forma.

Et quia multum nunc inoleuit practica, vt iuretur de calumnia, idemq; iuramentum plura in se contineat capitula quæ plerumq; ista in animas suas iuranda mãdantes, ignorant, necesse est, vt de his informentur, & in instrumentis postea inserantur. Sunt enim Capitula à iure tradita, & in iudicio Cameræ exprimi solita, vt tam actor, quàm reus per se, vel suum procuratorem iuret, Quod credat se iustãm habere causam litigandi, quod protelandi causa, seu fraudulenter dilationes non petat; quotiescunque interrogatus, veritatem non occultet: & quod alijs, quam quibus ius permittit, nil penitus donet, uel permittat, quo pro se sententiam obtinere possit, dolo & fraude omnino semotis.

Iuret autem articulos, seu positiones suas offerens, si petit, & vult quod aduersarius per iuramentum respondeat, sic quod contenta in eis quantum factum proprium concernunt vera sint, & quantum alienum contingent factum, quod credat ea esse vera, & probabilia, Responsurus autẽ

iuret se responsurum veritatem utrum credat, vel non credat, ea quæ sibi obijciũtur esse vera.

De Instrumentis Appellationum.

DE Appellatione autem, & formalibus suis, in quibus plures, & quotidiani occurrunt defectus, Notarij scire debent: Quod de iure ciuili, & ordinatione sacri Romani Imperij omisso medio, vel ab interlocutoria, seu grauamine, qđ postea mediante Appellatione à diffinitiua est reparabile, regulariter non appellatur. In casu autem permisso, appellare volens ab interlocutoria, ea in scriptis, & cum causarũ grauaminis insertione faciat cum, excusis aliis iustificari non possit.

A diffinitiua vero, vbi appellari non prohibetur, sine causæ, seu causarum grauaminis expressione, appellari potest, & quidem verbaliter, & sine scriptis, dummodo incontinẽti post sententiam latam, hoc est antequam diuertatur ad alia, fiat, postea tamen in scriptis redigenda: alioquin autem si ex interuallo appelletur, in scriptis fieri necesse est.

Et in summa sciant, & aduertant omnes Notarij, quod ipsi debent esse iurisperiti in his saltem, quæ Notariatus officiũ respiciunt, hoc est sũmam Notariæ, ad hoc, vt sciant: partes coram se contrahentes, seu agentes de sollemnitatibus, & clausulis ad contractus, & actus huiusmodi, earumq; validitatem requisitis certificare, & se à contractibus, & actibus à iure reprobatis, & prohibitis abstinere, cum aliàs teneantur de imperitia, & partibus læsis ad interesse.

De præmissis igitur tanquam pro generalioribus principijs atq. cunabulis quibusdã traditis non stent adeò contenti Notarij, quin in dies discant & aduertant, alia iura circa Tabellionatus officium tradita, & quæ secundum locorum

rum, in quibus actus huiusmodi gerũtur consuetudines, introducta sunt: & circa difficultates, seu ambiguitates in actibus coram se gerendis pro casuum varietatè, & diuersitatè, quandoq; occurrentes, ad peritiores recurrant, ne imperitia culpaq; eorum alijs noceat: quia de his tenẽtur, vt supra demonstratũ est. Datum in Ciuitate nostra Imperiali Coloniensi, octaua die Mensis Octob. Anno &c. M D X I I. Regnorum nostrorum, Romani vicesimo septimo: Hungariæ verò vicesimo tertio.

Et licet Constitutio prædicta clara sit; Veruntamẽ, vt plurimũ Notarij, vel ob super venientia bella, alijsuè infortunijs, vel casu fortuito prothocolla, amittunt, temporisuè diuturnitate, instrumenta intelligi non possunt, & cætera ad quæ tenẽtur non suimet culpa, sed casus superueniẽtis occasione custodire non valẽt, Ideò ordinatim in prædicta Constitutione recensita, explanare existimaui, quamquidem constitutionem ad triginta quinquè capita principalia reduco, omissis titulis, scilicet, de Insinuatione litterarum Imperialiũ, ac de Constitutionibus actorum, & procuratorũ, necnon & de Instrumentis Appellationum, ex quibus sic clari reperiuntur illorum intellect⁹ vt altiorem non requirant indaginem.

Series etenim capitum prædictorum sic deducitur.

Primum Notariatus indigentiã demonstrat, necnon & tali offitio, indigne aspirantes, creari non posse, & creatos priuari debere ostendit.

Secundum Imperatoris exhortationem, ad fideliter per eũ demãdata, & tam à iure communi, quam locorum consuetudine introducta, custodiendum adducit, seueramq; correctionem præter damna, & interesse, notarijs ipsa præcepta negligentibus, seu partes defraudantibus pollicetur.

Tertium, conditionem, qualitatemq; personarum, ad offitiũ Notariatus aspirantium, attendẽdam specificè declarat necnon & quasdam particulares solemnitates, tàm de iure communi, quàm practico, & consuetudinario apponendas docet.

Quartum Nomen, Annum regiminis, seu Imperij Romanorū Imperatoris, vel Regis pro tēpore existentis (licet in foro Papiensi vsu recepta non sint) minimè prætermittenda iubet.

Quintum prothocolla fideliter custodiēda, copiasq; ex eis desumptas, concordare debere significat, & si quādoq; de partium consensu deleri contingat, non adeò deleta relinquere, ne legibiliter intelligi possint pro Fisci, seu tertij interesse, astruit.

Sextum, ne quidquam quod plus, siue minus, quam à partibus, tempore rogitus notarij testibus audientibus dictum sit, in instrumento apponatur notario ipsi enuntiatum tradit.

Septimum, notarij visum, & auditum, cum testium præsentia copulatiuè sufficientes esse, ad verificationē instrumenti concludit, cęteros verò sensus scilicet gustus, tactus, vel odoratus, testibus potius quam notario cōgruentes accommodat.

Octauum, Qualiter actum, signaq; muti notarius scribere valeat tibi representatum affert.

Nonum, Impedimentum notarij, dans causam, vt instrumentum, ab eo dictatum, & completum per alium ad nitidum reducatur, non ob id tollere quominus, prothocollum, seu ipsius instrumēti extensio, per ipsum notarium, non autem ꝑ alium fieri debeat, patefacit.

Decimum, Breuiter, atq; summatim, substantificam clausularū iuxta cuiuslibet actus, siue cōtractus naturam, atq; locorum consuetudinem, & renuntiationum præcipuè appositionem, in prothocollo, notariū minimè prætermittere debere signanter adducit.

Vndecimum, Quænam per notarium coram testibus summariæ partibus recitanda, atq; legenda, salubriter significat.

Duodecimum, In ijs in quib. scriptura, est de substantia, post completam scripturam, nondum à partibus approbatam, notarium coram contrahentibus, atq; testibus, omnia, & singula scripta relegere đbere, & eis relectis, quidquam addi, đtrahi, siue mutari non posse ēt de partium consensu sustinet.

Decimumtertium, Extensionem prothocollorum nemini præterq̄ notario viuenti, de actib. in eis contentorum rogato, licitam esse, causatiuè tuetur.

Decimumquartum, Extensionē gestorum à contrahentibus, siue ab vno eorum factam, & coram notario testibus relectam

& vt

& vt de omnibus ijs, notarius ipse rogetur, approbatam esse illamque prothocollo adiungi posse non dubitat.

Decimumquintum, Nihil festinanter, siue præcipitanter, in prothocollãdo, seu abbreuiando, præter ea, quæ coram notario gesta sunt, in scriptura reduci posse, sed cum diligentia, atq. consideratione fideliter omnia, esse per notarium impingenda representat.

Decimumsextum, Offitium notarij cuicumq. licitè, interueniente tamen debita mercedis prestatione, libenter impartiri debere, neq. vltra offitium pertinentia, notarium ingerere se impune posse, recenset.

Decimumseptimum, Quod renuntiatio offitij per notarium fienda, nisi in manibus Principis, cuius authoritate creatus est, fieri non possit, & quod notarius, eiusdem tabellionatus signum consuetum mutare, alienoue signo instrumentum suum signare absq. saltem iudicis authoritate, valeat, pro constanti tenet.

Decimumoctauum, Prothocollum, seu abbreuiaturam notarij viuentis, vel defuncti, alteri notario commissum, seu commissam per commissarium, nisi accedente iudicis authoritate, extendi non posse, rationabiliter proponit.

Decimumnonum, Quid notarius circa rasuras maximè notabiles, & in locis suspectis appositas, facturus sit enucleat.

Vigesimum, Obscuritatem, atq. verborum ambiguitatem, in carta membrana, non autem papyrea reducendorum effugiendam per notarium explorat.

Vigesimumprimum, Cautelam á notario in casu prothocolli amissi, vtendam, ex improuiso indicat.

Vigesimumsecundum, Animaduersionem notario tribuit circa instrumentorum editionẽ, siue publicationem erroremq. per notarium commissum, nisi authoritate iudicis interueniẽte corrigendum non esse, digito demonstrat.

Vigesimumtertium, Notario de actu dubio, per eũ rogato sub iuris pæna copiam petenti non edere, sed coram iudice eodẽ vocato, eiusdem iudicis iussu tradere illam volenti necessitatem imponit.

Vigesimumquartum, Euitandũ esse per notarium, vt quo magis fieri possit de nocte maxima, nisi vrgente causa, atq. occultè instrumẽta rogare, minimè deberi disponit, cum id nõ

careat

careat suspicione.

Vigesimumquintum, Diligentiã notarij circa testamentorum confection em suadet.

Vigesimumsextum, Testium nu merum tam in testamẽtis, quã codicillis, atq. donationibus, & tam per rusticos, quam per milites, in castris, non autem in bello existentibus ordinatim enarrat.

Vigesimumseptimum, Testamẽtum bellici militis, solemnitates à iure communi requisitas exoptans, etiam sine testibus confectum, valere pro certo tradit.

Vigesimumoctauum, Rogitum non solum testium adhibitorũ sed & etiam ad illum actũ specialiter vocatorum specificã mentionem requiri deducit.

Vigesimumnonum, Quænã principaliter circa personas testantium requirantur, dilucidè indagatur.

Tricesimum, In quolibet testamẽto gesta, & in notam per notarium recepta, esse coram testibus relectionis digna, necessariò concludit.

Tricesimumprimum, Ab his, qui articulatim, vel intelligibiliter, neq. loqui, seu nec scribere sciunt vti testandi impotentibus, notarium abstinere præcauet.

Tricesimumsecundum, Testantium, atq. testium] adhibendorum qualitatem, & cõditionẽ, à notario ponderandam esse, ne testamenta irritentur, passim recitat.

Tricesimumtertium, Formam testamenti, olim in scriptis conditi, (hodierna tamẽ die insuetam, nec vsu receptam) aperit.

Tricesimumquartum, Testamenti autem nuncupatiui, & sine scriptis normam, hodie communiter secutam, silentio non prætermittit.

Tricesimumquintum deniq. circa testamentum Cæci, quæ nã requirantur omnino pandit.

Primum, si quidem habetur, ibi Maximilianus. Secundũ, ibi hanc igitur. Tertium, ibi in primis. Quartum, ibi mandamus. Quintum, ibi deinde mãdamus. Sextum, ibi caueant etiam notarij. Septimum, ibi sed in his sensibus. Octauum, ibi potest autem. Nonum, ibi & licet. Decimũ, ibi & quãuis. Vndecimum, ibi nam cũ consensus. Duodecimum, ibi maximè autem. Decimumtertium, ibi poterit tamen. Decimumquartum, ibi secus tamẽ esset. Decimumquintum, ibi in summa. Decimumsextũ, ibi notarius autem. Decimũsepti-

ſeptimum, ibi ſciant etiam. Decimumoctauum, ibi & quã-uis. Decimũnonum, ibi. Aduertant etiam. Vigeſimum, ibi. Item notarij. Vigeſimũ-primũ ibi, ſi caſu amittatur. Vigeſimumſecundum ibi, ſint etiam notarij. Vigeſimũtertium ibi. Poſſunt etiam notarij. Vigeſimumquartum ibi, notarij autem. Vigeſimũquintum ibi. Debent autem notarij. Vigeſimumſextum ibi, & aduertant ipſi. Vigeſimumſeptimum ibi milites autem. Vigeſimumoctauum ibi, requiritur etiam. Vigeſimumnonum ibi. Item requiritur. Triceſimum ibi. Præterea. Triceſimumprimum ibi, Caueant ergo. Triceſimũſecundũ ibi videant autem. Triceſimumtertium ibi. Teſtamenti autẽ in ſcriptis Triceſimumquartum, ibi Teſtamenti autẽ nuncupatiui. Triceſimum vero quintum, ibi in Cæci teſtamento, continetur.

Abbreuiatura, quænam dicatur, & eadem amiſſa quidnam per notarium ſit peragendum, clarè denotatur. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Prothocollum, ſiue Abbreuiatura, quænam eſſe dicatur.*
2 *Abbreuiatura, ſtrictè, & large quomodo intelligatur.*
3 *Abbreuiatura, inſtrumentorum, & prothocollorum appellatione continetur.*
4 *Inſtrumento exemplato, dubio exiſtenti, ad principale regiſtrum eſt recurendũ.*
5 *Exemplato inſtrumento, plenius prothocollo extenſo, numquid magis, quam matrici credendum ſit.*
6 *Extenſio plenior inſtrumento exemplato, de falſo inſtrumentum illud non redarguit.*
7 *Notarius omittens capitula neceſſaria, & clauſulas neceſſarias falſi penam incidit, quod tamen intellige, vt ibi.*

IDeo primum caput declaratione non eget, ex quo vera continet, quæ vtiq. circa creationem notarij, ſeruanda ſunt, ſed cum de perſonis ex forma præſertim ſtat. Papiæ in prima huius operis parte diſceptatum fuerit, ſup

hoc

hoc igitur primo capitè, sistere gradum non duxi, sicuti pariter secundum prætermitto, quod nullam habet dubitationem, tertium autem modò cõsiderationem minimè requirit in eo siquidem contenta, ex nostri prima editione, in Cap. de Arithmetica explanata reperiuntur. Nec de quarto capitè opere pretium disserere existimo, cùm in eo recensita, foro nostro Papiensi, insueta sunt, de quibusq; ideo laborare, frustatorium esset, & vti superfluum ratione nostri vsus illud omitto, iuxta dispositionem textus in l. breuiter C. de offit. præfect. prætor. cum reliquis per Spec. adductis in vers. Itẽ abstineat tit. de Aduocato.

Quintũ igitur in primis, vti perutile, & necessariũ amplector, & quod triplici membro constitutum esse volo, quorum primum prothocolli penes notarium semper existentis necessitatem imponit. Secundum autem instrumenti exemplati, ac à prothocollo, siue ex abbreuiatura desumpti, concordantias continere significat. Tertium verò prothocollata, non sic de partium consensu deleri debere, quin pro tertij interesse intelligi possint, inuiolabiliter seruari mandat.

Quoad primũ scire debes, quod

1 Abbreuiatura, † siue prothocollum, aliud non dicitur esse, quã instrumentum notarij minimè extensum, Bart. in l. chirographis in princip. vers. secundo nota ff. de administr. tut. & Bal. in rub. C. de fid. instrum. vers. vlterius circa istam col. 7.

2 Strictè † namq; loquendo, ea dicitur Abbreuiatura, quæ matrix scriptura appellatur, large verò omnis dicitur scriptura, ex propria abbreuiatura, siue prothocollo desumpta, ex Bal. sententia in l. publicati quæst.

3 9. C. de testam. illaq. † eadem abbreuiatura, instrumentorũ, atq. prothocollorum appellatione continetur l. contractus, vbi glos. & Doct. C. de fid. instr. Perutiliter igitur, ex ipsa colligitur Constitutione necessariam esse prothocolli retentionem, ea quidem optima ratio-

4 ne, vt † vbi scilicet, de copia authenticè exemplata, hæsitari contingat, ad registrum principale sicq. prothocollum eo casu recurrendum, atq. standum sit, iure communi sic pariter dictante, quod in hac parte sequuntur Bar. in l. Sempronius ff. de leg. 2. & Bald. in d. l. publicati, necnon & Lanfranc. in c. quoniam contra extr. de probat. & quæ conclusio confirmationem

tionem reportat tùm ex Bart. in l. si quis §. prætor, & ibi Alexan. ff. de eden. tum ex Bald. in l. nostrã quæst. 3. C. de testam. iuncto Alber. in d. l. contractus glos. habes ordinariam in c. vt veterum 9. distinct. atq; Dyn. in l. fideicommissa §. 1. ff. de leg. 3. vide, quę scribit Bal. in §. Die Lune num. 5. tit. de Pace Constant. in vsib. Fæud. & Fælyn. in c. quoniam contra col. 5. & in c. cum Publius, de fid. instr. nec omittas, ea quæ per Ias. adducuntur in rubr. Instit. tit. de action. num. mihi 16. & ideo necessaria est Abbreuiaturę existentia penes notariũ, quoniam, si penes eum non reperiatur, & in loco in quo officium exerceat constituitur, tũc in dolo, nisi tamen subesset iusta causa, periculi, quo casu illam penes se exportare posset, vt dixerunt Angel. & Alex. in l. prętor §. is etiam ff. d̃ eden.

5 Sed numquid † exemplato instrumento plænius tamen ipso prothocollo extenso, credendum sit? circa huiuscemodi articulum, Nicol. de Lira, ad Spec. in §. videndum, in glos. in principio circa medium tit. de instru. ædit. asserit subtiliterq; adduxit, cõtra eos, qui dixerũt magis prothocollo, quam exẽplato credi debere, ex quo, vti fons, & origo, vnde desumitur instrumentum, eidem magis per consequens credendũ esse, per memoratum c. vt veterũ distin. 9. & per c. ieiunium 76. distinc. necnon, & per l. penul. & auth. si quis in aliquo C. de eden. & ideo per modum subintellectualis distinctionis ꝑposuit, dicens, si prothocollũ esset principium instrumenti nondum completi, tunc pro nihilo haberi debet, arg. l. penul. in fin. C. ad Syllan. ad instar, testamenti, & seu pariter sententiæ, quę nondum completa, licet scripta sint, nihil probant, primum demonstrat, ex l. ex eis C. de testam. Secundũ vero ex l. 1. C. de sentent. ex breuic. recit. sublata differentia, quæ adduci posset inter contractus ad substantiam obligationis, & cõtractus, ad substantiam probationis tendentes, ex rationis idẽtitate, & ex dispositione textus l. fin. C. de cõstit. pecun. & ex c. cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil. ideo circa pręsentem articulũ, eadẽ glos. remittit, nos ad ea, quæ scripsit Paul. de Castr. in cõs. 104. Spec. autem in d. §. videndum, magis prothocollo credi debere significat.

Pro conciliatione tamen contrariorum, vide omnino ea, quæ

proponit Abb.in c.cum P. Tabellio vers. vlterius quæritur de fid. instrument.

Hoc tamen præcaueas, quod Bal. in rub.C. de fid.instrum.7.col.
6 dicit, quod licet † instrumentũ plenius prothocollo reperiatur esse, non ob id instrumentũ illud falsum dici debet c.dudũ, & ibi Butr. de conuers. coniugat.& Alex.in l.si quis § prętor ff. de eden.

Ideo præmonitus sit notarius, vt omnino eius extendat prothocollum, nõ solum circa ea, quę à contrahentibus paciscuntur, & à testantibus disponuntur, sed & clausulas necessarias, in instrumento, siue testamento adhibendas apponat, quoniã
7 notarius † omittens capitula necessaria, siue clausulas necessarias, falsi pænam incidit Bart. in auth.præsbiteri C.de Episc. & cler.quod tamen procedere dicitur quoties ꝑsona notarij esset suspecta, malæ fidei, vel talia cõmittere solitus, & hoc relinqtur iudicis arbitrio quoniam si bonæ famæ sit notari' aliquidq; prætermisserit, quod apponendũ curaret, eo casu eidem licitum erit iuxta distinctiones à me propositas in primo huius construcionis tractatu in cap. de erroribus notarij corrigendis.

Copia instrumenti, an, & quando tàm in iuditio, quàm extra fidem faciat. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Abbreuiatura per notarium amissa, poterit notarius ipse, ex publico instrumento parti reddito iterum illam desumere.*

2 *Exemplato creditur quoties abbreuiatura non producatur.*

3 *Instrumenti copia iudicis mandato producta, atq; partis voluntate tradita, plenam probationem inducit.*

4 *Copia Instrumenti, apud acta existentis originalis vice fungitur datò etiam, quod originale non reperiretur.*
Quod tamen limita, vt ibidem subordinatè apponitur.

5 *Copia instrumenti, cuius originale deperditum reperiatur, apud acta producti, falsiq; oppositione carens, hæredem in possessionem hæreditatis mittere, est sufficiens.*

6 *Copia Instrumenti ex archiuio publico desumpta probat.*
Et hoc non solum in territorio publici archiuij, sed & extra territorium, contra

tra tamen illius Ciuitatis subditum, siue ratione contractus aliaue ratione.

7 *Copia iudicis authoritate sumpta, & per actorem tradenda probat.*

8 *Instrumenti copiam, de manu notarij, qui prothocollum confecit desumptam, indubitatam fidem mereri, ostenditur.*

9 *Copia, an & quando fidem faciat, remissiuè declaratur.*

10 *Notario viuenti amisso prothocollo, nec copiam illius habere valenti, quomodo succurratur.*

11 *Prothocollo amisso, notarius parti copiam instrumenti petenti, non succurrens, nedū pœna extraordinaria puniendus est, sed & parti ipsi ad interesse tenetur.*

12 *Qualiter Dubitatio manus, vel litteræ notarij tollatur.*

13 *Notarius amisso prothocollo, poterit contra illud detinentem ad restitutionem agere.*

14 *Notarius ad prothocolli exbibitionem tenetur, & illud exbibere recusans absq; causa falsum incidit.*

15 *Scriptura quomodo amissa probetur.*

ET quoties amittatur Abbreuiatura, quàm de iure habere tenetur notarius Angel. in l. 2. §. testamentum, & §. si plura, & ibi Bald. ff. quemad. test. aper. & Bart. in l. si librarius ff. de reg.
1 iur. poterit † notarius ex publico instrumento, parti reddito iterum desumere Bald. in l. fin. col. 5. vers. vnum tamen dicit hic C. de eden. & Lanfranc. in c. quoniam contra vers. instrumenta de probat. quia tunc publicatum originale dicitur Bald. in d. l. publicati in princ. & in d. l. fin. necnon, & in rubr. col. 7. C. de fid. instrum.

Et tunc, an copia fidem faciat, di
2 cas, quod † vbi Abbreuiatura nō producatur, exemplato credi debere asserit Bald. in d. l. publicati, quæst. 8. C. de testa.

3 Item quoties instrumenti † iuditialiter producti copia, de iudicis mādato, atq; partis voluntate tradatur, plenam inducere probationem, sic Bart. in auth. si quis in aliquo in princip. vers. & per hoc sis cautus
4 C de eden. Ideo copiam † in actis productam, quæ eo casu vice originalis fungitur pro-
5 bare videmus datò † etiam qđ originale non reperiatur, secūdum Bald. in l. fin. col. 2. vers. venio ad alia notabilia C. de fid. instr. & in l. nostram col. penult. vers. & adde mirabilem C. de testam. & ex Bart. doctrina d. l. Chirographis in princ. vers. & ex hoc colligitur ff. de administrat. tut. Quod tamen procedere intelligas, vbi copia talis producta oppositionem falsi minimè præseferat quo-

niam tūc, originalis productio necessaria est, ita vt absq; ipsi' originalis adminiculo, nullam eo casu copia credentiam mereatur, vt voluit Bal. in d.l.fin. d.vers.venio ad alia. Vbi autem falsi exceptio non opponatur, copiam seu registrum instrumenti, apud acta producti (licet deperditi) probare vt supra, & in hæreditatis possessionem hæredem mittere sufficientē esse declarauit Bal. in l.fin. quæst.5.in fin.vers. sed pone quod C.de ædict.D. Adr. tollen.& in l.fin.in fin.C. de re iud.Innoc. in c. quoniam contra allegato tit. de probat. & Alex.in l.in fraudem §. neq; ff. de iur. Fisci.

6 Item probat † copia, quoties ex archiuio publico sit desumpta iuxta determinationē Paul.de Castr. in l.1.§ editiones ff.de eden.per Cyn.in d.l. Chirographis in princ. sic pariter tenet idem Castr.in d.l.publicati C. de testam. & Angel. in §.1.in fin.Auct.vt fil.fratr.Doctor. in auth. Ad hęc C. de fid. instr. & quod ampliando non solum fidem facere in territorio publici archiuij, sed & extra territorium, contra illius ciuitatis subditū, siue ratione, contractus, aliauè ratione, proponit Bald. in l. exemplo C.de probat. Nec effugias hac in parte, quæ adducuntur per Corn.in cons.113.incip. videtur libr.3.& per Alex. in cons. 138.vers.nec obstat lib.1. Quibus adde Felyn. in cap. ad audientiā col.4. tit. de rescript.

7 Probat † copia pariter, iudicis authoritate sumpta, & per actorem parti traddenda sic Petr.de Sun.post Bart.in l. eos §. super his C.de appellat.

8 Item † probat quoties, de manu eiusdē notarij, qui prothocollum confecit, desumpta sit textum habes in l. si quis ex argentarijs §.prætor, & ibi Bart. Bald. & Angel. ff. de eden. & Imol.in l. fin.ff. quemadmod. testam. aper.

9 Et deniq; copia, an † & quando probet, vide quæ recitātur per Bart.&Bal. d. auth.si quis in aliquo C. de eden. necnon & desumas recitata per Alberic.de Rosat.in l.contractus C. de fid.instr.& per Angel. in §. & hoc in super col. 2. collat.9. Auct.vt Sponf. largit.

10 Sed si copia † authentica non reperiatur, ita vt notarius illā desumere non possit, quid tūc peragendum? dicas, quod aut testibus superuiuentibus, notarius certus, vel incertus est, de rogitu, siue errore suo, & tūc iustam incertitudinis, siue

erroris

erroris ipsius causam allegans poterit petere, ipsos testes exa minari secundum Bart. in l. si quis ex argentarijs §. prætor ff. de eden. quo casu attenta depositione poterit notarius ipse de nouo instrumentum conficere Bald. in l. fin. C. eod. tit. & eleganter Roman. in cons. 373. incip. Tabellio: aliàs iustam causam minimè deducens, audiendus nõ est notari⁹ ipse Bart. in l. de tabulis ff. de tabul. exhiben. & amisso pro-

11 thocollo, ita vt † aliunde non possit conuentio partiũ verificari, nedum pena extraordinaria punitur secundum Bald. in rubr. C. de fid. instrum. 8. col. vers. quæro dixi superius, sed & etiam parti ad interesse tenetur l. fin. C. de magistr. com men.

12 Quid modo sit † dubitetur de littera, seu manu notarij? breuiter dicas, quod aut notarius viuit, & tunc eidem statur, vel mortuus est, & eo casu per litterarum comparationem approbatur instrumentum l. si quis decurio C. de falsis §. si vero moriantur, cum §. seq. auct. de instr. caut. & fid. vide quæ scribit Alex. in cons. 2. & in cons. 101. libr. 4.

Sed quid si instrumentum de ma nu duorum tabellionum scriptũ, & subscriptum reperiatur ad hoc, vide Bald. in c. si autem num. 5. de controuers. inuest. in vsibus feud.

Hoc tamen verum adduco, quod

13 † quoties notarius amisserit prothocollum apud alterũ ressidere, certificatus poterit contra illud detinentem ad restitutionem agere Bald. in l. fin. col. 10. C. de eden.

Ad tollendam falsi suspicionem,

14 petenti † prothocolli exhibitionem, notarius minimè se retrahat, quoniam ad id præcisè compelli potest, vt dixit Bart. in auct. de tabell. nu. 10. & in l. procurator nu. 3. C. de eden. & Bal. in l. fin. 2. notab. C. de fid. instr. præter id, quod notarius ipse, prothocollũ absq; causa petenti ostendere recusans, pęna falsi plectendus, est Bart. in l. eum, qui C. ad l. Cornel. de fals. vnde notarius cogitur per actionẽ in factũ non per actionem ad exhibendum, instrumentum tertio cuius interest tradere, & si ad illius instantiam illud non confecerit glo. Angel. Paul. de Castr. & Doct. in l. quædam in princip. ff. de eden. quo loci dicit Castr. id procedere, quoties tertius petat sibi illud traddi, vt iudici ostendat, & sua iuret interesse, quare Alex. ibi vna cũ d. Castr.

dixerunt

dixerunt secundum glos. notarium teneri exhibere prothocollum in iuditio ad instantiã tertij cuius interest, nõ autem eidem in publicam formã reddere, quod tamen procedere dicit Alexan. iuxta proposita à Bart. in l. fin. ff. de bon. auth. iud. possid. & in l. Aristo ff. de iur. delib. necnon & in l. controuersia ff. de transact. & ibid. pariter dicit secundum Angel. quod notarius tertio docenti, de interesse, instrumentũ exhibens non peccat.

15 Quomodo† verò amissio scripturæ probetur, vide Aret. in §. sed & si pater, Instit. Quibus mod. ius patr. pot. solu.

Instrumenti cancellatio notario prohibita dicitur esse, & ea secuta, quomodo illius reintegratio admittatur. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *INstrumenti omnimoda cancellatio, notario prohibetur.*
Instrumentum cancellatum, interlineaturis, si petatur publicari, notarius tenetur tunc ad illius publicationem fiendam cum eisdemmet interlineaturis, siue rasuris, & de eis in publicatione mentionem facere.

2 *Laceratio primi instrumenti, prætextu secundi, primum annullantis, notario non permittitur.*

3 *Lacerans instrumentum præcipuè in actis productum qualiter puniatur.*

4 *Cancellatio instrumenti, an admittatur, datò etiam quod notarius in margine id per errorem secutum fuisse dicat.*

5 *Cautelam Abbatis tradit author, ad euitandam suspicionem.*

6 *Instrumentum omnimodo cancellatum, atq; sic vt intelligi non possit, redditur suspectum.*
Quod tamen non procedit quoties, ex præcedentibus, vel subsequentibus rasura sensus colligi posset.

7 *Cancellatio prothocolli numquid, post illius copiam authenticam, partiq; traditam, permissa sit, & quando.*

8 *Rasura in instrumento, quando noceat, remissiuè.*

9 *Notarij qualitas circa cancellationem instrumenti attendenda est.*

TErtium autem in suprascripto Capitè assumptũ abolitionem, in instrumento contentorum respiciens, iure com-

communi consonum reperio ex dispositione tex. in l. 2. §. si plura, & ibi Doct. ff. quemad. test. aper. & ideo optimè signi
1 ficatur, notarium † totaliter, instrumentum cancellare non posse, quominus (& si cancellatum) intelligi possit, quoniam ad illius editionē cogi potest, datò etiā, quod in eo adsit clausula scilicet de voluntate partium cancellatum, vt voluit Io. Andr. ad Spec. in §. ostenso vers. illud in additione magna tit. de instr. edit. & Alberic. de Rosat. in l. cōtractus C. de fid. instr. & cancellatum si reperiatur instrumentum, cum interliniaturis, & rasuris, illud publicare debet notarius ipse, cum eisdem interlineaturis, siue rasuris, de eisq; mentionem facere, ita vt magis exemplo quam originali non sit credendum, licet publicatum suspectum remaneat sic Bart. deducit in l. 2. §. testamentum num. 3. ff. de accomod. test. aper.
2 Aduertant tamen† quamplurimi notarij præcipuè in montibus commorantes, qui præcipitanter testamenta priori loco facta, per secundi, vel vltimi testamenti existentiam, vel instrumenta, per quæ alia pri⁹ confecta tolluntur, lacerāt, ne id faciant, etiam de testātium, siue contrahentium voluntate, cum id à iure prohibeatur, ex l. 2. §. si plura ff. de test. m.
3 lacerans† etenim instrumentū præcipuè, quando iuditialiter productum fuit, nedum ad interesse tenetur, sed & pœna iudici arbitraria plectendus est, sic Io. Andr. in c. accepimus tit. de fid. instr.

Et qualiter instrumentum productum lacerans puniatur, & an iudex in illa causa delegatus, lacerantem punire possit, vide quę scribit Petr. de Anch. in cons. 173.

Neq; notarius, incidere potest instrumentum datò etiam, quod partes se errasse asserant Inn. in c. quoniam contra de probat. & Bald. in Margar. in verbo notarius vers. penult.

4 An vero † Cancellatio instrumenti per errorem secuta admittatur, datò etiam quod notarius in margine id per errorem secutū fuisse asserat? dicas Cancellationem illam in loco non suspecto appositam instrumentum suspectum non reddere, vt tenet Roman. in cōns. 346. si verò in loco suspecto apponatur dicas illā, instrumentum reddere suspectum, etiam quod remissio Cācellati de manu ipsiusmet notarij sit apposita, prout dicūt Doct. in l. si vn⁹

C. de

C. de testam. Ias. & Dec. in l. fin. C. de edict. Diuus Adr. tollen.

5 Ad euitandam tamen suspicionem, cautelam tradit Abb. in c. cum venerabilibus in fin. de relig. dom. vt scilicet notarius in fin. instrumenti continuando, se tale rasisse verbum siue talem in margine lineam apposuisse dicat: quoniam tũc illa suspicio cessat, & sic tenere asserit Archid. in §. is ita 35. quæst. 9. & Bart. in l. in fraudẽ ff. de testam. milit. & in l. 1. §. & ideo ff. de his, quę in test. delẽt. vbi regulam notario traddit, qualiter plurium marginum subscriptio fieri debeat.

Baldus verò in d. l. si vnus, additionem verborum in margine instrumenti factã, ab additione in corpore instrumenti apposita distinguit, & ob id Alex. difusè quamplurima deduxit. Iason tamen eo loci significat, ꝙ notarius quoties de verborum additione, in sua subscriptione nullam faciat mentioẽm, tũc talia verba nihil probare posse aliàs probationem vtsupra inducere, facta scilicet, illorũ verborum per notarium mentione, quoniam tunc omnis tollitur suspicio, datò quod verba ipsa, siue ĩ margine, siue in corpore instrumenti adiuncta reperiantur; quod mihi placet, & quæ pfectò robur desumũt ab ijs, quæ eleganter proponit atq; dissoluit Io. And. ad Spec. in d. §. ostenso, & in verbo dicit Rolan. tit. de instr. edit. & hanc opinionem, vti veriorem amplector, & vt pariter sic de stylo notariorum, & de consuetudine seruari dicunt, & Abb. in allegato c. cum venerabilibus in fine, & Sebast. Sap. ibid. in addit. in litera C. Notarium ideo præmoneo, vt eo instrumentum publicante, in quo cãcellatura adesse reperiatur, q̃ tamẽ errore sit facta, eiusdem cancellaturæ in aliqua instrumenti linea per errorem vtsupra securę, mentionem facere secundũ Bald. & Perr. de Sun. in l. ea, quæ C. comminationes Epistol. & vbi plures sint cautius, est de eis omnibus memorari, licet etiam generalis mentio sufficiat, quæ nisi fauore libertatis ad oẽs refertur Bar. in l. 1. §. & imo ff. de his, quæ in test. delent. & de ijs notario creditur, idem Bar. in l. 1. §. fin. ff. de secũd. tab. notarij autem omittentes, quidq; in instrumẽto deinde eodem adiecto, id ꝑ errorem secutum fuisse asserẽtes, errorem suum, patefaciũt, qui sic de facili emendari non potest, & ideo tales reprehenduntur

duntur à Bart. in l. Imperator ff. de stat. hom. vide Bal. in l. fin. C. plus val. quod agit, & Alex. in l. fin. C. de ædict. Diui Adr. toll. & si notarius falso quidquã in margine cõtractus addidisse non præsumatur Paul. de Castr. in cons. 26. & per Bal. in l. nostram C. de testam.

Hoc tamen est aduertendum, qd̃
6 Cancellatio † seu rasura totaliter non debet literæ intellectũ adimere, quia tunc per talem cancellationem vitiatur instrumentum secundum Alex. post Angel. in d. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. Tollen.

Quod tamen procedere dicitur, quoties ex præcedentibus, vel subsequentibus, talis rasurę nõ possit haberi cognitio, quoniã si illius sensus errui potest, tũc suspectum non dicitur instrumentum, ex glos. in d. c. cum venerabilibus, hoc ad litteram explanante.

7 Numquid † verò post instrumenti publicationem, cuius copia authentica parti reddita fuerit, cancellatio prothocolli permissa sit? Respondeo, quod postquam instrumẽtum à prothocollo publicè desumptum, pænes partem ressidere reperiatur, cancellationem illã non esse vitiosam, in signum illius traditionis parti factæ, vbi tamen, totaliter abrasio litteræ intelligentiam minimè tollat, & quominus ad prothocollum recursus impediatur quoniam aliàs id fieri permissum non videtur, sic innuente Bal. in vers. iuxta hoc quæro chart. penult. rubr. C. de fid. instr.

8 An autem, & quãdo rasura † in instrumento noceat, vide ea quæ adducit Spec. in §. restat videre d. tit. de instr. edit.

Quàmplurima hercle circa cancellationem instrumenti adduci possent, quæ ne tædio affectus, auditor spernat silentio prætermitto.

Hoc tamen conclũdo vt circa cãcellationes instrumentorũ prę
9 ponatur p̃cipuè † notarij qualitas, quæ est attendenda, vt dixit punctualiter Spec. in §. instrumentum vers. Item opponitur, quod Tabellio, qui confecit tit. sępius deducto de inst. edit.

I Ad

Ad impugnationem Instrumenti, quænam probatio requiratur, adhoc vt notarij fides tollatur. Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 PRæsumptio pro notario succedit, quoties contra instrumentum quidq; opponatur, præcipuè ratione iuramenti.

2 Ad sustinendum instrumentum, notarius duobus testibus æquiualet.

3 Notario dicta testium scribenti, nuntioq; aliquem citasse referenti, magis quam testi, & citato contrarium opponenti creditur.

4 Præsumptio à iure pro notario inducta, per contrariam probationem tolli potest.

5 Testes instrumento adhibentur, vt veritas ex eis elucescat. Item vt falsitas euitetur.

6 Testes in instrumento adhibiti simulq; iuncti, vnanimiter contra instrumentum deponentes, illud de falso redarguunt.

7 Scripturæ veritas præualet.

8 In ciuilibus circa instrumenti suspicionem, qualitas notarij attendi debet.

9 Cautelam per aduocatos vtendam circa legalitatē notarij, atq; testium fidelitatem, ex Bart. doctrina tradit author.

10 Differenter, & notarij, & personas testium iudicare in causa contradictionis, iudicis arbitrium versatur.

11 In criminalibus, testi notarium aliter scripsisse, quam per partes dictum fuerit, notario vero id neganti, neutri credendum esse dixit Spec.

12 Notario ad præsentiam iudicis testem examinanti, magis quàm ipsi solo testi creditur.

13 Diuersitatem rationis inter ciuilia, & criminalia contrarietatis causa inter notarium, & testes deducit author.

14 Explanatio articuli, an scilicet, & quando magis notario, quam testibus, & è contra credendum sit ex Paul. de Castr. doctrina ostenditur.

15 Improbatio instrumenti facta per partem, asserendo, testem in eo descriptum tempore rogitus non interfuisse, an & quando, inditium ad torturam, contra notarium sufficiens sit.

16 Testes quot requirantur ad impugnationem instrumenti, remissiuè.

17 Testis contra instrumentum deponens, rationem dicti sui etiam non interrogatus, reddere debet.

18 Notarij affirmanti, testiq; neganti, cui nam ex illis, & quando, fides adhibeatur remissiuè.

AGgrediamur itaq; sextū ipsius Constitutionis caput in ordine positum, quod illud nempe amplectitur, ne scilicet

scilicet notarius, quid magis, quidue minus, quam corã eo præsentibus testibus, actum, atq, gestum sit, instrumẽto addat, siue diminuat.

Quò fit, vt illa succedat quæstio, scilicet numquid testib. in instrumento adhibitis, attestantibus, plus scriptum, quam dictum sit, notario instrumentoue magis, quam testibus credere oporteat.

1 Breuiter ideo pro notario † præsumendum esse opinor, tũ ratione offitij, tum ratione iuramenti: Ad primũ clarum est semper pro instrumento facto & ab offitio notarij dependenti succedere præsumptionem c. illud de præsumpt. Ad secundum vero, dicitur iuramentũ à notario pstitũ in illius creatione de fideliter exercendo ea, quæ ad sui spectabunt offitium illam producere efficaciam, vt semper pro eo sit præsumendum c. ad audientiam de præscript. nimirum igitur si
2 † notarium duobus equiualere à iure conceditur c. quoniam contra falsam de probat. Idcir
3 co videmus magis † notario dicta testium scribenti nuntioquè aliquem citasse refferenti, quam testi, & citato in contrarium opponenti credi debere Doct. & præcipuè Cyn. in l. si quis decurio C. ad l. Corn. de fals. vide quæ scribit Bart. in l. 1. §. cura carnis ff. de offit. præfect. vrb. notarius siquidẽ maioris est auctoritatis, quam sit testis quoniã ipse purus testis non dicitur esse Bal. in l. & militibus C. de testam. milit. & in auth. sed cum testator C. ad l. Falc.
4 Sed quia prȩsumptio † prò notario probationem in contrarium admittit l. præcibus C.
5 de probat. testesq; † adhibentur, vt instrumẽti fides per eos elucescat §. si vero, Auct. de instr. fid. & caut. & vt falsitas euitetur l. fin. C. de fideicom. Ideo ad veritatem inducendam, ad
6 mittuntur testes; qui † simul iuncti, & vnanimes, contra instrumentum deponentes, illud de falso redarguunt, & vti fortior probatio facta instrumento præualent, quandoquidem
7 Veritas † scripturȩ præponatur l. 1. C. plus val. quòd agit l. cum propria C. si quis sibi, vel alter. l. distrahente C. de reb. alien. non alien. l. nec ignorans C. de donat. & l. qui agnitis ff. de except.

Idcirco distinguas, aliquando scilicet, in ciuilibus, quandoq, vero in criminalibus nos versari: si sumus, in ciuilibus concludit Cyn. in d. l. si quis decurio,

8 hoc † dependere à qualitate personæ tabellionis, nam si bonæ famæ repertus sit, eidem tunc magis credi debere, quod confirmat Io. Andr. c. cum parati, de appellat. & Salycet. in l. tres denuntiationes C. Quomod. & quand. iud.

Quare Bart. in l. 1. §. si quis neget ff. Quemadmod. test. aper. caute-
9 lam ponit, vt scilicet † notarij aduocatus legalitatem bonãq. ipsius famam alleget, quod pariter fieri debere ab aduocato testium admonet, illorum scilicet fidelitatem proponendo,
10 & tunc, iudici † arbitrarium id erit, scilicet, quis nam, siue notarius, siue testis ratione famæ preferendus sit, vt dixerũt Io. Andr. & Salycet. loco superius allegato.

In dubio tamen, semper prò notario, ratione publicæ auctoritatis, præsumendum erit, arg. eorum, quæ notantur per Bart. in l. Barbarius ff. de offic. prætor, quod idem sequitur Aretin. in §. quadrupli vers. quid autem si dicat nuntius. Instit. de act. ꝙ autem procedere in ciuilibus non autem in criminalibus dixit Card. in clem. 1. de hæret. in fin. vers. quid si testis accusatus de falso.

Si verò sumus in criminalibus, quoties testis examinatas aliter notarium scripsisse, quam eundẽ dixisse asserat tunc neu
11 tri † credendũ esse dixit Spec. in §. restat vers. sed quid si vnus tit. de instr. ædit. sicq; Doct. Bononiæ concordasse in suo priuato examine ibidem adducit neq; adducta per Alex. præter mittas in suo cons. 70. nu. 2. incip. viso processu, & in cons. 74. incip. viso testamento nu. 12. vol. 1.

Quod tamen procedere dicas, quoties tabellio solus interfuit cum teste examinato, secus si
12 cum iudice, quia tunc, magis † creditur scripturæ, quàm testi, sic Salycet. d. l. siquis decurio C. ad l. Corn. de fals. Ideo Flor. de Sancto Petro in l. cum de ætate ff. de probat. dicit quod per hanc conclusiõnem, quis poterit implere bursam.

13 Differentia † ergo iure merito, inter ciuilia, & criminalia fuit constituta, quia in ciuilib. inspecta notarij qualitate pro eo, iuris præsumptio succedit, secus verò in criminalibus, in quibus probationes debent esse luce meridiana clariores l. sciant cuncti C. de probat. c. sciant 2. quæst. 8. Abb. & Fæl. in c. ad audientiã, de præscript. Rom. in l. 1. §. fin. ff. de verbor. oblig. & Imol. in c. cum Ioannes de fid. instr. quandoq; etiã

in

in criminalibus assertio notarij, testi contradicenti præualet, vt post quamplures addu-xit D. Menoch. de præsumpt. 79. præsumpt. num. 16. libr. 2.

Nec ab re prætermittenda non
14 esse duxi ea, quæ † falcem ad radicem constituunt, perpoliteq; adducũtur, per Paul. Cast. in l. in exercendis C. de fid. instr. Distinguendo enim auctor proximè allegatus, eo loci, ostendit quomodo, & quando instrumentum testes reprobet & quando, à testibus reprobetur instrumentũ: tres itaq; adducit casus, quorum. Primus, est quando testes ipsi dubitatiuè; Secundus autem, quando affirmatiuè, (idest negatiuè affirmando) loquuntur. Tertius verò est, quando testes interfuisse, aliter tamẽ gestum, quã scriptum fuisse deponunt.

Ex primo igitur casu instrumentum, claudicare non est dicendum, compatibile, namq; dicitur esse, instrumentum verum illiq; testes interfuisse, & quod non recordentur, ex sententia Imol. & Io. Andr. in c. cũ Ioannes de fid. instr. & Bar. in l. 1. §. fin. in fine ff. quemad. test. aper. sed licet Io. Andr. & Imol. loco proximè supracitato dicant id verum esse, quoties id solũ testis vnic⁹ asserat, attamẽ Cast. allegatus vt supra id etiã procedere dicit, quoties illud testificentur, & si eo casu maior sit præsumptio contra instrumentum; Hoc tamen intelligendũ esse significat, quando verosimiliter tantùm temporis spatium expirasset, vt memoria per testes adhuc retineri non posset, quæ labilis in homine consideratur, ex text. in l. in tãta §. si quis autem in tanta C. de iur. væt. enucl. & hoc iudici arbitrarium relinquit.

Secundo vero casu, affirmatiuè testibus se non interfuisse pro certo deponentibus causamq; explicantibus scilicet ex eo qđ si instrumento interfuissent, vtiq; recordarentur, & tunc distinctim procedendo, adducit memoratus Castr. loco de quo supra quod aut loquimur, de personis testium necessariorum, vel supernumerariorum. Primo casu si omnes in instrumento descripti hoc affirment tũc procul dubbio, de falso instrumentum redarguitur, nec per aliorum depositiones adiuuari potest. Si vero vnus hoc tantum dicat, & tunc aut, is supernumerarius existit, qui cum fidem non faciat, saltem plenam, & cõtradicens, instrumenti robur, minimè tollit, argum. l. hæredes palam in prin.

ff. de

ff.de testam. sed si hoc dicens, testis erat necessarius, & ipse, vti vnicus, non reprobat instrumentum, vti falsum (& si illius fidem vacillãtem reddat) quæ tamẽ dubitatio, per alios duos testes in instrumento descriptos, sic actũ fuisse, prout descriptum reperitur, asserentes tollitur, opponendo talem cõtradicentem, dicto instrumento non interfuisse, ex eo, quod fortè illius cognitione carebãt & hoc adducit Castr. ad intellectũ text. d. l. 1. §. fin. ff. Q. ẽad. test. aper.

Scias tamen, quod Improbatio
15 † instrumenti per partem facta, asserendo testem descriptũ in instrumento tempore rogitus non interfuisse, facit inditium cõtra notarium, vt ob id torqueri possit c. constitutus, & c. sedes de rescrip. vide Bal. in l. si ex falsis C. de transact. Ad id facit quod habetur in c. fraternitatis, de testibus, quod tamen verum intelligerẽ, quoties qualiquali præsumptio ne coadiuuata iudici arbitraria, veniret torquendus notarius ipse, quia cum pro se notarius de iure habeat præsumptionẽ non poterit igitur contra illũ ex simplici partis assertione, ad torturam procedi, nisi adminiculo saltẽ testis, omni exceptione maioris inditiũ illud sit corroboratum, Bart. in l. 1. §. idem Cornelio ff. de quæst. vel nisi pars opponeret, atq; ostenderet talem notariũ falsas scripturas facere solere, quo casu redditur suspectum instrumẽtum, Spec. in §. instrumentum, vers. Item opponitur quod tabellio de instr. edit. & ideo cum inditia non sint certa, scilicet, quæ, & qualia, & quibus, quis possit quæstionib. & tormentis subijci: Ideo in iudicis pectore, illiusq; discretioni, & arbitrio relinquũtur, vt dicit Pract. Papiensis in for. Inquisit. sub num. mihi 16.

Quid modo si duo instrumento contradicant, & dicas, quod datò etiam, quod sint supernùmerarij, quia contradicunt se interfuisse, videntur sentire, Io. Andr. & Innoc. in c. cum Ioannes de rescript. tale instrumentum reprobationis esse dignũ, nisi tamen aliorum duorum, vel trium adiumento, eidem instrumento fides imponatur, nam eo casu (datò etiam quod supernùmerarij negent se interfuisse) affirmatiuam tamẽ tenentibus, magis est credendum, vt allegat ibidem Castr. auctoritate tex. in l. diem proferre ff. de recept. arbitr.

Et ad hoc, vt improbari possit instrumen-

16 strumentum, quot † testes requirantur omni tamen exceptione maiores, & quod iudici arbitrarium erit vt supra vide glos. in verbo, vidisse in §. si vero absunt, Auct. de hæred. & falc. glos. in §. Item verborum Instit. de inutil. stipulat. vide quæ habentur in commento c. tertio loco, de probat. Innoc. in c. super hoc de renuntiat. Addas Bart. in d. l. 1. d. §. si quis neget ff. quemad test. aper. necnõ & Angel. & Paul. de Castr. in l. iurisgentium §. quod ferè ff. de pact. nec prætermittas adducta per Imol. in d. c. cũ Ioannes sæpius allegato tit. de fid. instr.

17 An vero testis † deponens cõtra instrumẽtum teneatur reddere rationem dicti sui, etiam non interrogatus? dic quod sic vt tenet Bal. in l. præsbiteri ad fin. C. de Episc. & cler.

Et an testis super depositione sensuũ, rationem dicti sui reddere teneatur, & quando, vide q̃ scribit eruditissimè, D. meus Polydor. Ripa olim in Pisana nunc vero Ticinensi Accademia legum interpres subtilissimus in tract. de Tempor. Noct. De ratione testis, cap. 61.

18 Tertio autem casu † testibus aliter scriptum, quam dictum fuisse affirmantibus, tũc dicas, quod si tales sint supernumerarij, eis non stabitur, nisi tamẽ iudicis arbitrium, aliter suadere videatur secundum Bart. in d. §. si quis neget, si vero descripti omnes id attestentur: vtiq; de directo instrumentum illud reprobatur d. l. cum præcibus C. de probat.

Sed distinguendo aperit nobis auctor sępe allegatus, aut scilicet instrumentum est de longinquo factum, & tunc instrumento potius, quam testibus creditur, si verò de propinquo, & tunc testibus potius, quàm instrumento credi debere proponit, ex sententia Spec. in d §. restát col. 4. tit. de instru. edit. quò loci explicat de his, quæ melius per testes, quam per instrumentum probentur, & è conuerso.

Nec omittas ea, quæ in proposito adducuntur, scilicet, an & quando magis notario, siue instrumento sit credendum, & è cõtra per Barbat. in cons. 24. lib. 1. & per Alex. in cons. 142. vol. 2. Cautus ideo sit notarius nihil scripturæ impingere, præter id quod à partibus deducitur, & quatenus ab eis rogatur §. nos aũt Auct. de tabell. Bal. in auth. si quis in aliquo C. de eden. & Io. Andr. in l. sciendum ff. de verb. obligat. nam aliàs

parti

parti ad intereſſe, ac de dolo, & lata culpa tenetur Bald. & Flor. in l. ſi menſor. & l. hoc iu diriũ ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. vide Bald. in l. 1. col. vlt. ff. ſolut. matr. Bar. in l. fin. C. de magiſtr. conuen. Bal. in l. qui accuſare C. de eden. & in rubr. C. pen. iud. qui mal. iudic. in fine, nec tunc reſtituitur in integrũ etiam ſi ſit minor, Bal. in l. 1. C. qui & aduer. quos.

Celebrati contractus tempore, ſenſus quinam notario neceſſarij ſint, & an eidem notario teſtibuſq; partium ſpectet cognitio iuridicè reſpondetur. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Viſus, & auditus tempore rogitus, notario conueniunt, omnes verò corporei ſenſus, in ijs quæ viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum requirũt, teſtibus, ſiue copulatiuè, ſiue diſiunctiuè neceſſariò conſiderati, applicati debent eſſe.*

2 *Viſus qualiter generetur.*

3 *Auditus quid ſit.*

4 *Odoris definitio, quænam tradatur.*

5 *Guſtus eſſentia explicatur.*

6 *Tactus proprietas, vn deſumatur.*

7 *Viſus, & auditus, inter ſenſus corporeos, primos obtinent locos:*

8 *Notarius caueat, ne actualem numerationem in inſtrumento apponat, niſi prius pecuniam videat numeratam.*

Et an eo caſu incidat penam falſi, & quando puniri debeat.

9 *Notarius actum rogando partibus ab eo minimè viſis, incautus dicitur eſſe.*

10 *Notarius quarè videre, & audire debeat circa rogitum ſuum.*

11 *Vox alicuius occulta, an & quando fidem faciat, remiſſiuè.*

12 *Inſtrumentum, quo magis corroboratum eſt, eò magis præſumptionem præſefert.*

13 *Notarius quando neceſſariò contrahentes cognoſcere debeat.*

14 *Teſtium cognitionem, numquid, & quando notarius habere debeat.*

SEd quoniam in ſupraſcripto Cap. inter cætera, notarium niſi de ijs, quę corporeis ſenſibus perceperit, rogari debere cauetur, ita vt
1 in eo † omnes humani ſenſus, quo ad rogitum haud concurrere debere videantur: ideo p eandem

eandem constitutionem in septimo ordinato Cap. non omnes, sed solum visum, & auditum, notario rogitus tempore astruitur esse necessarios, omnes verò siquidē vniti, vel disiuncti iuxta casus contingentiam, testibus de necessitatè congruenter inesse demonstratur, vt sic pariter dixit Spec. in §. nunc tractandum vers. vt autem tit. de teste.

Qua de re si aliquando contingat notarium esse rogatum, de visu, auditu, gustu, odoratu, & tactu, simul vel diuisim, specificè differentias prædictorum sensuum in instrumēto apponat, quoniam quod in vno cadit, in altero eorum considerari non pôtest, nam sicuti spiritus in oculo configuratur speciebus oculorum, ita in aure assimilatur speciebus sonorum, in naribus speciebus odorum, in lingua speciebus, saporum, & in toto corpore speciebus tangibilium.

Quod patet quandoquidem, spi-
2 ritus† visiuus, lucidus, & clarus (secundum Philosophos) à cerebro p neruos ad oculos vsq; descendens, & à speciebus immutatus sensatione confusa regreditur, ad cuius regressum excitata anima, & cernens Diaphoni sui purissimi, & penitus incolorati superficiem, in similitudinem tingi, se conuertit ad obiectum, vnde splendor venit, & ipsum discreta sensatione percipit.

3 Auditus† verò dicitur potentia sensitiuè apprehēsiua, soni in aure, mediāte aere, vel aqua

4 Odor † autem est passio, sicci digesti in humido, alteratiua Olfactus de potentia in actū.

Gustus, (quem saporem appella-
5 mus) dicitur † esse passionem, seu qualitatem humidi digesti in sicco terrestri, alteratiuam gustus, de potentia in actum.

6 Tactus † deniq; sic diffinitur est potentia sensitiuæ animæ apprehensiua qualitatis tangibilis in neruo expāso ad instar rætis per totum corpus mediante carne.

Rationes autem diffinitionum prædictorum sensuum eas adductas, respicè ex Margar. Philosoph. c. 14. 15. 17. 19. & 20. lib. 10. tract. 2. tit. de potent. animæ sensit.

Idcirco, visus, & auditus necessarij sunt notario tempore rogi-
7 tus, siquidem, ij † principales, inter sensus corporeos obtineant locos, & in sensuum ordine, auditus post visum primū habeat locum, & post visum, sensus est ad disciplinam magis necessarius, quę etenim (vt

K habetur

habetur ex d.c.15. mox allegato)à cunnabulis discimus, aut visu, aut auditu percipimus.
Ideo non debet notarius scribere
8 Caium † recepisse pecuniam numeratam, nisi viderit pecuniam numeratam fuisse glos. in l.si ex cautione, & ibi Bald. quæst.3.C.de non numer. pec. vide Bart.in l.si non singuli C. si cert. per. Purpurat. in addit. ad Bart. d. l. si ex cautione in verbo, sed si aliquis ageret, Pract. Papien. in vers. mutuo, & ex causa mutui in for. libelli in act.hippotec. Bart.in l.singularia ff. si cert. pet. & eundem in l.prædia ff.de acquir possess. & vt notarius excusetur à falsitate, verba sua intelliguntur etiam in actu ficto vnde si scripsit, quod Titius habuit, & recepit, non tenetur de falso, sed intelligitur de numeratione ficta scilicet, de confessione de recepto secundum Bart. in d.l. prædia, & Bald.in rubr. de cōtrahen.empt.& vendit.atq; in rubr.C.de fid.instr.vide Alex. in cons.179.libr.1. An autem notarius videns pecuniam in saculo, possit dicere N.recepit tantam pecuniam quantitatē numerum exprimendo, quæ tamen pecunia numerata non fuit, & tunc dicas, quod aut affirmati uè asserit notarius pecuniam numeratam simpliciter, non interueniēte tamen actuali numeratione, & eo casu, in pænā falsi incidit, aut id profert, ex partium assertione, & sic partes verum esse attestantur, & tunc notarius, nec de dolo, nec de falso tenetur, ex quo de numero à partibus approbato, scribit, sic Bald.in d.l. si ex cautione quæst.6.& in rub. C. de fid.instr.5.col. Verum tamē illud est, quod per consuetudinem contrariam excusatur notarius prout dixit idem Bal. in c.Obertus de Fæudi cognitione quinimo notario asserente, Titiū in sui præsentia habuisse, & recepisse, & si pecuniam, non receperit, ob id nec falsarius dici, nec instrumentū redargui de falso potest Bald. in l.qui negotio ff.mandati, vide omnino ea quæ tibi tradit Foller.in sua praxi crimin.in rubr. Item quod commisit falsitatē num.66.cum seq.
Nec pariter debet, quicquam scribere, nisi prius videat (vt puta) quoties inter notarium, & contrahentes, medium esset appositum, eosdem, atq; testes impediens quominus, inter se se vicissim videre possent, quoniā non debet tunc scribere notarius, & si per assertionem partium sic gestū inter eas fuisse,

excusetur notarius à dolo Incautus † tamen est, sic scribens notarius ille, ne scilicet oculis proprijs partes videat, vt in pũcto affert Bald. in rubr. col. 5. C. de fid. instr.
9

Secundo, non debet pariter notarius, quidquam scribere, nisi audiat, vt voluit Innocent. in c. fraternitatis de hæret. & Bald. sæpe allegat. rubr. C. de fid. instr. & in l. cum precibus C. de probat.

Ideo copulatiuè visus, & auditus, concurrere debere videntur
10 tempore rogitus, nam licet † quis audire quempiam posset, non tamen illum videret, propter autem vocis immitationem, notarius facillimè decipi posset. Vnde Bart. in tract. Testimon. num. 27. vers. illud autem dixit se non approbare id quod à quibusdam receptum est, vt auditu vocis cognoscatur homo, multæ siquidem, vt plurimum similitudines, in vocibus reperiuntur alterumq; alterius sæpe vocem effingere videmus, in specie verò Bart. eò loci adducit, aliam esse vocem pueri, aliam adulti, aliam iuuenis, aliam senis, aliã sani, aliam ęgrotantis, aliam rauci, aliam ieiuni, aliam saturi, aliã ębriosi, aliam aspirante vento, aliam tempore quieto, addo ẽt aliam, veluti vlulatus canis ab homine emissi, prout nos experientia docet; Quod ta-
11 men † ea vox aliquod inditiũ faciat, tenet ibid. Bart. Idcirco scripserunt quamplurimi Doctores circa huiuscemodi articulum, an scilicet, & quando vox alicuius occulta, fidẽ mereatur: Quo circa allegatus meus D. Polydorus Ripa, pro concordantia Doctorum insudauit, in præallegato tract. de tempor. noctur. Cap. 58. de voce, & auditu, quem cùm elegãter, tùm prudenter loquẽtem videre poteris.

Optimum tamen esse iudicarem (sequendo præallegatæ Constitutionis dispositionem) vt scilicet notarius de aliquo Gustu, Odoratu, siue tactu rogatus, & ipse per eiusdemmet sensus, id de quo rogatus esse contingat, gustet, odoret, seu tan-
12 gat; Quoniam, quò † magis instrumentum corroboratum reperitur, eò magis p̃sefert p̃sumptionem, Spec. in §. nunc videndum vers. Item si præsumptiones tit. de disputat. & allegat. & in §. instrumentum, vers. nam quanto plura signa, tit. de instr. ædit. Circa hoc vide notata per Bald. in memorata rub. col. 6. C. de fid. instr.
13 An verò † notarius necesse

habeat contrahentes cognoscere, Bald. in l. fin. §. 1. col. 9.C.de iur.delib.& in rubr.C. de fid.instr.col.4. negatiuã tenet:quod tamẽ verum esse dicit ante rogitum, secus tamen rogitus tempore, quo casu partes prospicere, & eas loqui videre debet, vt sensit allegatus Innoc.in d.c.fraternitatis.Nec etiam necessarium est notariũ testes cognoscere debere, nisi tamen,aliqua extrinseca qualitas, emissa apponeretur, in instrumento (vt puta) quoties testes ipsos idoneos bonorum possidentes dicat, vt dicit Bal. in d.rub.de fid.instr.col.4. quo loci pariter notariũ de extrinseca, siue intrinseca pecuniæ qualitatę cognoscere non teneri, nobis significat.

14 Sed numquid † à testibus partiũ necessaria sit cognitio. Idcirco,apertã teneas Bar.distinctionẽ in l.3.§.ideoq; nu.3.ff.d testib.scilicet,aut testis ĩ causa producendus ad testificandũ, deponere debet super facto, partem non respicienti, & eo casu partes cognoscere nõ est necessarium: aut super facto partis est testificaturus, eo nãque casu,cognitio partis est necessaria,aliàs nullum testimonium perhibere dicitur. Quocirca videas Bal.in c.cum causam de testib. Signor. iñ cons. 150. necnon & Bart. in tract. de testib.circa fin.

Ideo videtur dicendum,quod saltem alicuius testis,partium,& seu notarij cognitio sit necessaria adeò,vt si de partis,seu notarij facto,quæstio oriatur, rationem cognitionis reddere valeat,iuxta ea, quæ notantur in l.cùm in diuersis ff. de relig. & sumpt. atq; secundũ Pract. communem, de qua Bart. in l. Stigmata C. de fabricens. lib. 11. quem sequitur Ant. Corset. in verbo testis singul. 19. nu.1. Quod tamen verum dicitur esse,testimonij, non autẽ contractus tempore, vt tenet glos. in verbo cognoscant, & ibi Doct. præcipuè Paul. de Castr. & Alex.in l.fin.§. sin autem dubbius,& Bal.in §.1.col. 6.vers.vlterius nota, atq; Bar. in §.cum igitur vers. vlterius oppono C.de iur.delib. habita tamen præallegatę Bar.distinctionis consideratione.

Notarius,

Notarius, numquid de contractu muti, instrumentum conficere valeat, & hinc inde responsis allatis quandoq; sibi facultatem concessam, & aliquando prohibitam esse, laboriosè, & clarè deducitur. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura ad inducendam obligationem tantum operatur, quantum voces lingua figurata.*
2 *Argumentum ab æquipollenti in iure admittitur.*
3 *Conceptus expressio, nutu facta, loquella dicitur esse.*
4 *Verba, de forma, in stipulatione requiruntur.*
5 *Formam non seruans, actum annullat.*
6 *Stipulationi ad hoc vt valeat, necessarium quid sit.*
7 *Forma à lege introducta, quandoq; remittitur.*
8 *Ex equipollenti, quod quid fiat nihil refert.*
9 *Nutus fictam, verba autem veram stipulationem inducunt.*
10 *Mutus à natura, stipulari non valet, secus ex accidenti.*
11 *Balbutiens, tardam, intelligibilem tamen habens vocem, quoscumq; contractus, & etiam testamentum conficere potest.*
12 *Notarius, an de interpretatione interpretis contractus muti instrumentum conficere possit.*

OCtauum, ordinatim, allegatum Cap. continens, posse notariũ de actu muti, ex accidenti conficere instrumentum amplectitur ea, quæ Doct. significant in l. 1. ff. verb. obligat. vbi distinguunt loquellæ impedimẽtum naturaliter consideratũ, ab eo, quod prouenit accidentaliter, quare cum id clarum à iure tradatur, illud igitur omitto, & quæro numquid mutus stipulari sicuti alios cõtractus celebrare valeat? prima namq; faciè, dicendum videretur quod sic.

1 Et primo quia ad † inducendam obligationem, tantũ operatur scriptura quantum voces lingua figuratæ l. non figura ff. de act. & obligat. at si ex scriptura formatur stipulatio absq; stipulatione omnimodę, exequationis virtute l. illud ff. de don. cau. mor. igitur &c. Secun-

2 Secūdo Argumentū † ab æquipollenti in iure admittitur secundū Bal. in l. conuenticulā C. de episc. & cler. & in l. apud antiquos C. de furt. quod probatur, ex eo quod, quilibet nu
3 tu † conceptum suū exprimēs, loqui dicitur l. 2. C. de offit. p̄fect. prætor Aphr. at si expressio hæc pro loquella habetur consequenter igitur mutū stipulari posse demonstratur.

Contrariū tamen adduci posset dupliciter, & primo, quia firmissima in iure ea proponitur
4 conclusio videlicet verba † in stipulatione pro forma requiri d. l. 1 ff. de verb. oblig. & l. 1.
5 ff. de nouat. & qua † non seruata redditur actus nullus l. Hac consultissima C. qui testamen. fac. poss. l. cum hi §. si prętor ff. de transact. at in muto verba non cadunt ideo, &c.

Secundo dicitur, quod ad hoc, vt
6 † valeat stipulatio, necesse est, vt vnus alterius vocem exaudiat d. l. 1. quia sicuti oculis corporeis, nec aliter inspici dicitur l. 1. in verbo legi ff. de his, quæ in test. delent. ita etiā verba, & auditus per eorum organa, nec aliter per epistolam, & nutum intelligi, & audiri possunt, quo casu per propriū sensū audiri non potest, sed in muto ob illius organorum impedimenta, nec verborū expressio, nec auditus cadunt igitur, &c.

Ad hæc vltimo loco proposita, responsum sic dari posset, & ad primum, dicitur quod multiplex dicitur esse forma, & præcipuè duplex, substantialis videlicet, & accidentalis, si prima omittatur, vtiq; vitiatur actus, secus autem in secundo casu, quod probatur, quoniam
7 † sepe numero forma à lege remittitur, & præcipuè quando quidquam ex accidenti aliquo prouenit §. sed cum paulatim Instit. de testam. & l. iubemus C. eod. vnde testatorem in eius testamento se subscribere posse videmus, sed cæcus testamentum conficiens, non per se, sed per aliū subscribere potest, valere nihilominus testamentum, est apertissimum ideo &c.

Ad secundum congruum sic esset dare responsum, scilicet nihil
8 † referre, quod quid ex æquipollenti fiat l. si mater C. de instit. & substit. at scriptura, epistola, & mutus loqui dicuntur l. miles ad sororem ff. de legat. 2. ergo mutum stipulari posse, erit dicendum.

Ad tollendas igitur difficultates quouismodo circa huiuscemodi articulum promouendas,

re-

respondendoq; ijs, quæ ambiguitatem afferunt sic optimè erit distinguendum.

Primo, aut sumus in contractib. verba desiderantibus expressa
9 vel id minus, primo casu † mutum stipulari non posse omnino concludo ex d.l.1.ff. de verbor.obligat. secundo vero casu vtiq; sic mutum contrahere posse videmus l. nam quia dicta §.fin.ff.de pact.c. statutū de rescrip. in 6.

Secūdo, Aut de vera, aut de ficta loquimur stipulatione, primo casu non potest ex d.l.1. secundo aut casu sic d.l. miles ad sororem, quoniam mutus per alterum stipulando, fingitur eo modo stipulari, quo potuit, vt habetur ex l. stipulatio ista §. alteri ff.d.tit.de verb. obligat.

10 Tertio deniq; aut mutus qs † est à natura, ita vt ipsius naturæ defectu, nūquam loquatur, & tunc indubitatū est, talem stipulari nō posse d.l.1. si verò ex accidēti mutus reperiatur, & tunc, humeris nutu, vel aliter intelligentiam prolatorū habere significās, videtur quodammodo stipulari, ita vt per talem nutum valeat contract⁹ arg.l.discretis C. qui test.fac. poss.

11 Sicuti pariter colligitur ex † balbutiente, linguam tardam habenti, qui nihilominus, & contractus, & testamentum facere potest l. si seruum ff. rem pup.sal.for.l.mulier, quæ dotē ff.de verb.obligat.§. item surdus, & mutus Instit. Quib. nō est permiss. fac. test. ad cuius intelligentiā, atq; explicationem, vide quæ adducit D. Polyd. Ripa in suo tract. de Actis in mort.artic.tit.de Balbutiente Cap.mihi 68. Ex quib. ideo intellectum, contrariorum accommodare poteris.

Et vlterius progrediendo, quæro
12 numquid notarius de † interpretatione interpretis contractus muti instrumentū conficere possit, Bart. & Bal. in l.mutum ff.de acquir. hæred. & idē Bal.instit.eod.tit.in princ. nec non & Anchar. in clem.1.de magistr. affirmatiuam tenent, sed Io. Andr. ad Spec. in §. restat.tit.de instrument.edit. dixit notarium non posse conficere instrumentum de contractu interpretis, sed solum de verbis interpretatis, quasi contractus non cedat in sensū notarij per visum, & auditū, nisi vltra interpretationem, aliqua signa concurrāt, prout idē tenet Butr. in c. cum causam 8. col.de testib.& Feder. de Sen. in cons. 143. incip. lex dicit: sed Bart. dicit sufficere, quod

instru-

instrumentum conficiatur de interpretis dicto, de cuius electione per signa, vel per duorũ sic asserentium rogationem, attestetur, cuius pariter sententiæ post Bart. & Doct. reperitur esse Alex. in d. l. 1. §. 1. ff. de verb. obligat.

Instrumenti extensio, quosnam producat effectus, an verò, et quando tabellionatus signum, in instrumento requiratur, postremo quamplurima circa renuntiationum clausulas, atq; materiam explicata deducuntur. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Rothocollum, ex illius definitione, quare sic dictum.*
2 *Extensio instrumentaria, effectus quosnam producat.*
3 *Extensio, quoad instrumentum, quænam requirat.*
4 *Tabellionatus signum, an de substantia instrumenti esse dicatur.*
5 *Notarius, an signum tabellionatus mutare possit.*
6 *Renuntiationes, ad ignorata porrigi non debent.*
7 *Renuntiatio, tunc efficax est, quando certioratio interuenit.*
8 *Renuntiationis certificatio, quando necessaria sit, remissiuè declaratur.*
9 *Renuntiatio, cum sit quid facti, regulariter non præsumitur, nisi probetur.*
10 *Renuntiationis iuris tacita, parte absente fieri potest.*
11 *Renuntiatio generalis, etiam iuramento firmata, numquid incogitata comprehendat.*
12 *Renuntiari non potest ijs, quæ publicam vtilitatem respiciunt.*
13 *Statuto fauorabili publicam respicienti vtilitatem renuntiari non potest.*
14 *Iuri prohibitiuo, numquid instrumento renuntiari possit.*
15 *Statuto negatiuo, vt quis carcerari non possit, an renuntiare quis valeat.*
16 *Iuris benefitio renuntians, numquid statuti benefitio renuntiare censeatur.*
17 *Constitutio noua, contra ius commune edita, an statuto præiuditialis dicatur esse.*
18 *Mulier renuntians benefitio Senatusconsul. Vellean. non tamen certiorata, numquid sibi præiudicet.*
19 *Iuramentum, præcisè ad factum obligat.*
20 *Renuntiatio cũ iuramento facta, non includit casus, quos iurata non includeret.*
21 *Renuntiatio, Vellcian. in quibus casibus et sine certioratione valeat, remissiuè.*

22 Re-

22 *Renuntiationis cerciorațio, numquid à iudice, vel à notario fieri debeat.*
23 *Minor, numquid etiam iuramento præstito de renuntiatione certificandus sit.*
24 *Renuntiatio generalis, numquid ad casus excogitatos trahatur.*
25 *Iuramenti vinculum, casus specialiter expressi vim habere dicitur.*
26 *Transactio iurata super testamento non viso, an valeat:*
27 *Renuntiari, an possit exceptioni, ignorantiæ allegandæ.*
28 *Renuntiatio generalis, quando casus excogitatos includat:*
29 *Renuntiatio generalis, ad hoc vt casus excogitatos comprehendat, ex Bartoli cautela demonstratur.*
30 *Renuntiatio generalis, quando ad maiora expressis trahi possit.*
31 *Exceptioni statutariæ præscriptionis, numquid renuntiari possit.*
32 *Notarij ignari, Pica, & Psytacho in palatio cantantibus assimilantur.*
33 *Mulier si ignorans, certificata dicatur in instrumento de renuntiatione Vell. numquid denuo ab ipso notario certificari possit.*
34 *Mendacium summoperè fugiendum.*

OMitto igitur nonum capitulum, quo cauetur notarium debere manu propria scribere instrumẽtum, nõ autem per aliũ secundum iuris formam, & vt colligitur ex Spec. in §. instrumentum tit. de instr. ædit. verũ cũ hodierna die aliter per cõsuetudinem obseruetur, quæ notariũ excusat secundũ Alb. in cons. 324. nu. 1. ad id in proposito allegatũ in prima huius compendij parte in Cap. 37.

Idcirco capio decimum, in ordine constitutum, & si demõstret ad eò plenam in prothocollo nõ requiri extensionem, sicuti in instrumento ab eodem ex-
1 tracto ex illius definitione † p Bal. traddita, in rubr. sæpe allegata C. de fid. instr. col. 7. Non ignoret tamen notarius, extensionem legitimè factã in prothocollo, tam circa solemnitates de iure requisitas, quã circa ea, quæ à contrahentib. fiũt, à testãtibusq; disponũtur, vti-
2 litatem † non mediocrem allaturam.

Primo, extensio ipsa, notarij diligentiam patefaciet.

Secũdo, iudicis auctoritatem, circa talem extensionem, aliqualem in notario suspicionem, redarguentem, adimet.

Tertio, contrahentium dubitationem, siue lites, dirimet.

Quarto, fidem per eum iuramenti medio promissam, custodire demonstrabit.

Quare, vt prędicta tollantur, atq; respectiuè refferendo demonstrentur, ea omnia, quæ de solemnitate iuris, atq; contrahẽtium substantia requirunt, in

ſcriptis redigat.

3 Quæ autem † de ſolemnitate iuris, in prothocolli extenſione requirũtur, illa habuiſti, in prima parte in Cap. de Arhitmetica, & de ijs pariter omnibus, vide Barbat. in rubr. extr. de fid. inſtr. & latè Fælyn. in c. 1. tit. eodem.

An autẽ vltra prædicta in Abbre
4 uiatura requiratur † ſignũ notarij. Bal. in l. Lucius ff. de teſtam. milit. dicit quod ſic, & qđ de ſubſtantia inſtrumenti eſſe ſignificat Spec. §. breuiter in fin. de inſtr. ædit. Bald. in conſ. 21. incip. ſi inuenitur vna chartula lib. 1. & an in principio, vel fine apponi debeat, Bald. mox allegato conſ. dixit hoc eſſe voluntarium dummodo apponatur §. item lex Cornel. de falſis Inſtit. de publ. iud. l. fideicommiſſa §. 1. ff. de leg. 3.

Bart. verò, in cõſ 163. incip. quęritur, dicit ratione prothocolli ſufficere, quod adſit liber ſcriptus de manu ipſius notarij defuncti, in quo contineatur intitulatio, vel quod intitulatio ipſa ſit poſita in inſtrumento de manu eiuſdemmet notarij, quo caſu, ſine alio ſigno fidem facit, & ſic in prothocollis, in hoc foro Papienſi per notarios ſeruatur, & hanc communem notariorũ practicam dicit eſſe Abb. Sicul. in c. 1. de fid. inſtr. Vnde hæc cõſuetudo ſufficiẽs facit, id quod aliàs inualidum reperiatur c. cum dilectus §. 1. & ibi Doct. pręcipuè Fælyn. d. tit. de fid. inſtr. Oldr. in conſ. 105. incip. videtur dicendum pater Sancte Alex. in conſ. 48. libr. 5. quos ſequitur Boer. quæſt. 37. in fin.

Hoc veruntamen ſeruatur, quod in inſtrumento in publicã formam redacto, apponitur ſignũ tabellionatus ipſius notarij viuentis, adiecta illiuſmet notarij ſubſcriptione, cuius formã, tibi traddit Spec. in §. 6. verſ. notarius tit. de ſentent. & in §. 2. tit. de inſtr. edit.

Circa hoc, an & quando ſignum requiratur, videas adducta p Alex. in conſ. 153. incip. videtur prima conſideratione dicẽdum lib. 2. Fælyn. in c. cum P. Tabellio quæſt. 5. d. tit. de fid. inſtr. & Barb. in conſ. 9. vol. 4.

5 An verò † & quando poſſit notarius eiuſdẽ mutare ſignũ alienoue ſigno vti, vide quæ in infraſcripto cap. 20. cõtinẽtur.

Sequitur autem in ſupraſcripto prædictæ conſtitutionis cap. notarium ſcilicet inter cætera Renuntiationum clauſulas, in inſtrumẽto apponere debere, optima quidem ratione ſic iubet prędictus Imperator, quoniam

niam,& si clausulę solitę apponi in instrumẽto,pro appositis, habeãtur, nihilominus, in renuntiationibus, de quibus partes ignorantiã ꝓbabilẽ, posset
6 allegare,& quæ† renuntiationes, ad ea de quibus partes nesciũt,porrigi non debent l. mater ff.de inoff.test.& l.legitimã ff.de petit. hęred.Bart.in auth. at qui semel nu. 13. C. de probat.ideo nedũ scribendæ, atq; extendendæ sunt,sed & partes ipsę de necessitate certificandę
7 veniunt,nam† ad hoc vt renũtiatio valeat,requiritur, vt certificatio illius interueniat, ꝓut nos docet glos. in §. 1. Auct. Quomod. oport. epis.
8 Qua de re,ad hoc† vt ipsa certificatio valeat,& quando necessaria sit,vide Pract.Papien. in form. libell. contra plures reos debẽdi, in vers. alijsq; omnibus legibus,nu. mihi 2.& 3. sic distinguentem secũdũ Iac. de Belu.in d.§.1. Aut renuntiatio iuris facta, versatur circa ius commune scriptũ, vel municipale, & tunc renuntians tali iuri, talis reperitur, cui ius ignotum permittitur, veluti,mulier,rusticus, & de similibus,& eo casu certioratio requiritur, aliàs non requiri deducit,per text.in l.regula ff.de iur.& fact.ignor.quod facit ad intellectum l.qui cum tutoribus ff.de transact.& l.mater ff. de inoff. test.

Aut renuntiatio, respicit factum proprium, & tunc non esse necessariam certiorationẽ dicit per text.in l. quamquam ff. ad Vellei. & l. quisquis C. de rescind.vendit.

Siverò renuntiatio ipsa consistat in facto alieno, & tunc aut interuenit per pactum, & eo casu necessitatem certiorandi nõ tribuit,per tex.in l.emptor §.Lucius ff. de pact. vtilem tamen in supradictis duobus casibus certiorationem dicit esse ad hoc vt ꝓbatio erroris, siue ignorantiæ excludatur, ex l. error C.de iur.& fact.ignor.& l. sed si me putem ff. d in integr. restitut.cũ seq.si uerò simpliciter fiat renũtiatio absq; pacto, & tũc indistinctè certiorationem requiri tenet, adiumento tex.d.l.si mater.

Quæ omnia sic distinctim per Pract.Papiensem loco superius citato adducta, habere locũ dicit in iuribus temporalibus, secus autem in iurib. spiritualibus, in quibus de necessitate ĩteruenire dbet ex d.§.1. Auct. Quomod.oport.Episc.&proinde notarios hortatur, vt in instrumentis post factas renũtiationes, hãc clausulam, scilicet

de quibus omnibus, & eorum effectibus d.N. plenè, & clarè ad eius pleniorem intelligentiam certioratus, & informat' per me notarium infrascriptũ constituat.

Idcirco clausulas renuntiationũ, iuxta d.Constitutionis dispositionẽ in instrumento notarius
9 apponat, nam cum † renuntiatio sit qd facti, regulariter ideo non præsumitur l. 1.& ibi Bal. C.de edict.D.Adr. Tollen.nisi ex patientia præsumptiuè elijciatur, quæ tacitè subintelligẽ
10 da sit, & quæ † etiam tacita renuntiatio iuris, parte absente fieri potest l. 2.C.de pact.& l.si filius ff.de min.vnde renuntia-
11 tio † generalis non valet, etiã iuramento firmata ad ea, quæ non sunt cogitata Bart. in d. Auth.qui semel col. 2.vers.circa secundum C.de probat.atq; in d.l.mater decedens vers. itẽ nota illam regulam ff.de inoff. test.

Quod tamen fallit, quoties, reperiatur clausula, vt etiam ad incogitata extendatur renuntiatio Ang.in l.qui iure ff.de test. milit. & in l. sicut certi C.eod. tit.Alex. in l. qui Romę §.duo fratres ff.de verb.oblig.&Francisc.Aret.in l.Clodius ff de acquir. hæred.

Item fallit quoties adsit clausula scilicet sciens se non teneri, sed volẽs, se efficater obligare &c. Bart. in l. fin. §. pen. ff. de condit.indeb.Spec. §. 2. vers. cæterum tit.de except.

Idcirco circa renuntiationes, cauti sint notarij, quia & si reseruatis à lege, & fauoribus legalib. renuntiari possit, ex Bal.in l.cũ oportet §.cũ autem C. de bon. quæ lib. non debent tamen inducere contrahentes ad renun
12 tiandum, ijs † quibus publica continetur vtilitas, quoniam eisdem etiam de consensu partium renuntiari non potest l. 2.§. sed quia veremur, & ibi Bart.in secundo summario C. de iur.call.vnde Bart. dixit nõ
13 † posse etiam cum iuramento renuntiari statuto fauorabili, publicam vtilitatem concernẽti, in l.si quis pro eo, in princip. 5.membro ff.de fideiuss.&in l. 2.in.fin.C.ne fideiuss. dot. dẽt. & Bal.in tract.scismat. col.4.

14 Numquid † autem in instrumento, quis iuri prohibitiuo renuntiare possit, glos.singul. secũdum Doct.in l. 1. in fin. C. d. tit. ne fideiuss. dot. dent.in vers. fideiussorem dicit quod non & Paul.Castr.in cõs.351. incip. visa quadam securitate, vide Bal. in auth. generaliter, col. 2. C de episc. & cler. quod verũ esse dicit Alex. post Barr.

in l.

in l.cum aquiliā ff. de transact. quoties ius prohibitiuum ipso iure annullat, & Bal.in l.si quis cōscribendo C.de episc.&cler. Alex. verò in l. si constante §. quoties ff.solut.matr.dicit,non posse simplici pacto, vel stipulatione, iuri prohibitiuo renū tiari, secus tamen si iuramentū accedit, ex. Io.Andr.in additione magna ad Spec.in §. porrò, tit.de instr.edit.adde Alex.dicta in l. is cui ff. de verb.oblig. quod tamen intelligas scilicet, non posse legib. prohibitiuis renuntiari, vt pariter enuntiat Bart.in l. de his ff. de transact. tacitè, secus tamē expressè, vt deduxit singulariter Io. Andr. in addit.Spec.in §. fin. vers. qd si renuntiatio tit.de fer.& Lanfranc.in clem. sæpe vers. necessitatis, de verb.signific.

15 An verò † quis possit statuto negatiuo, vt quis nō possit carcerari renuntiare, dicas quod non, secundum Paul.de Castr. in d.cons.351.& in cons. 143. incip. ad bene examinandū in secundo dubio.

16 Si verò † quispiam renuntiauerit iuris benefitio numquid censeatur etiam renūtiasse statuti benefitio Bal. in l. sed & si quis §. quæsitum col. vlt. vers. quæro vlterius ff. si quis caut. dicit se credere, quod nō, quia nomen iuris debet restringi ad ius cōmune §. sed quot, Instit. de iur.nat. gent. & ciu. & Barthol.Cæpol.in l.nominis §.verbum ff.de verb.signific.qua de

17 re, nouam † constitutionem, contra ius commune, & cōtra statutum, conditam, in dubbio ius solum commune non autē statutū corrigere dixerunt Io. de Lign. in c. 1. de rescript. & Flor.in l.si dom' ff.de ser. vrb. præd.vide circa hoc, quæ proponit Bart.in l.1.vers.quæro si statutū ff.ad l.Falcid. nec prætermittas Ias. tenentem affirmatiuam, quod sic in l. omnes populi, secunda lectura nu.23. ff.de iust. & iur.

18 Mulier autem † renuntians benefitio Senatusconsul. Vell. an minimè certiorata, præstito etiam iuramento, talis renuntiatio eidem præiudicet; quocirca Bart. in l. sciendum ff.de verb.obligat. dicit nō obstantibus ijs, quæ eo loci allegātur, se consuluisse, qđ ad hoc vt quis sibi præiudicet per iuramentum, non requiritur, qđ illud sciat, sed sufficit, quod super facto iuret, ergo non certiorata talis tenet renuntiatio dicit tamen ibidem tutius esse vt renuntians, siue minor, siue mulier reperiatur esse, certificetur, & quod magis est, ne-

cessa-

cessariam esse certiorationem non obstante iuramento pulcherrime tradit Bal.in cons.4. lib.1.& in cons.390.lib. 2. Idē tenet Cyn.in l. iudex circumuento ff.de min. quod corroboratur,quoniam renuntiatio facta,à minore, muliere, vel rustico ignorãter, non valet Bal. in auth.sacramenta puberum, col.penult. vers. ex hoc apparet C. si aduers. vendit. & in l. 2.quæst.4. C. de rescind. vendit.ideo requiritur certioratio & præcipuè in renuntiatione Senatusconsult.Vellei. vt habetur ex l.quamuis C.ad Vell. & ex glos.in verb.non vsuram in l.fin.§.penult.ff.eod.tit.Bar. in l. repudianda ff. de acquir. hæred. nisi tamen sit iurata c. 2.& ibi Io. Andr. in nouell. de pact.in 6.Bart.in l.si duo §. Itē Iulianus col. 2. vers. item per hanc legē, & ibi vide omnino Alex col.4. vers. itē iudicatur, vbi infinitas allegat remissiones ff. de iureiur.

Sed quoniam dixi Baldum illius esse sententiæ scilicet,vt nō obstãte iuramēto requiratur certioratio, vt supra, ideo videtur dicendum opinionem Bart.superius allegatam contrarietatē pati,sed eidem adhereo opinioni,vt scilicet, non obstante iuramento certiorari debeat mulier ipsa circa renuntiationes iurium sui fauorem respicientiū, quia & si opinio Bart. vera videatur,ex quo iurãs nō venire contra factum, siue cōtractum, per consequens ergo dicendum est, sublatum esse omne ius contra ipsum factū, siue contractum competens,p tex.in d.l.si duo §. Item Iulianus,& per tex.in l. duobus §. 1. ff. eod. tit. diuersitas rationis hæc esse potest, quia & si iura-
19 mentū † præcisè obliget quēpiam ad factum, vt dixit idem Bart.in l.si qs pro eo ff. de fide iuss.non traditur tamen ad ea, quæ ignorare psumitur vt sup. & poterit mulier contra contractū nihilominꝰ venire,opeq; renūtiationis sibi de iure cōpetentis tueri, & ideo licet factum verum dici posset,exceptio Velleiani sibi opitulãs deneganda non erit,quando eidē in specie non fuerit renuntiatum, certioratio igitur requiritur præcipuè in ijs,quæ iuris sunt,&de quibus mulier ignorare præsumitur vt supra , & ideo in pposito affert Ozasch. decis.Pedemont.112.num.10
20 renuntiationem † factam cū iuramento, casus quos renuntiatio iurata minimè includeret,inclusos non intelligi debere, quamplurium DD. auctoritati-

ritatibus, prçcipuè Neuiz. cõs.
21 32. num. 13. & 14. vide † omnino Alex. in d. l. sciendum col, 19. in fin. cum seq. quatuor adducentem limitationes, quarũ vigore, simplex renuntiatio Vell. sine certioratione, ijs in casibus valet.

Hoc tamen minimè prçtereundũ duxi, vt quoties mulier, similes contractus gesserit præcedentes, & in eis certificata, de renuntiationibus, de quib. aliàs edocta fuerit, tunc certificationem non requiri, quoniã eo casu ignorãtia cessat, argumento eorum, quæ adducit Petr. Gerar. in singul. 2. num. 2. & ideo constituta differentia inter ea, quæ consistunt in facto approbato, & ea quç versantur circa ius ignorũ, vt ex d. l. mater ff. de inoffic. test. & in l. fin. §. pen. ff. de condict. indeb. dubitationem, facillime auferre poteris.

22 Numquid autem † huiusmodi certioratio, vel à notario, vel à iudice fieri debeat? Federic. de Sen. in cons. 199. incip. quæritur, an D. Margarita, certiorationem non à notario, sed à iudice fieri debere dicit, cũ notario de facto proprio non credatur, secundum eundem Federic. ibidem Butr. in c. quoniam cõtra col. 13. de probat. Panorm. in c. cum causam col. 7. de test. vide quæ pulchre tradit Alex. d. l. sciendum col. 12. vers. sed quid si in instrumento cum concordantijs ibi congestis ff. de verb. significat. quo loci quamplures adducit Doctores, contra Feder. contrariam opinionem, vti iuditio meo veriorem tenẽtes. Hoc tamen dico, quod in contractibus in q. bus authoritas iudicis interuenit, tunc iudici certiorationem spectare, stante quod eo casu iudicis decretum interponitur & quo casu notarius vice testis fungitur l. Domitius Labeo ff. d testam. & non interueniente iudicis decreto in quibuscũq; instrumentis sufficit quod notarius de renuntiationibus mulierem certam reddat, prout q; sic communiter obseruatur.

23 Minor autem † numquid certificandus sit de renũtiatione? Bart. d. l. si duo §. item Iulianus ff. de iureiur. tenet quo præstito iuramento super facto vtsu pra per minorem ipsum, certiorationem non requiri, contra Dyn. opinion. quam tamen sequuntur, & idem Bal. in cõs. 4. libr. 3. & Io. Andr. ad Spec. in tit. de renunt. vers. cui aũt iuri renuntiari possit, vbi expressè dixit Io. And. mulierem, & minorem de beneficijs specificè,

certifi-

certificandos esse auctoritate Bald. superius allegati, & Bal. in consl.40.lib.5. dicit quod Dyni opinio vera est de iureiurando, attamen si in aliqua instrumenti parte de ætate minoris facta fuerit mentio, tunc procedere Bart. dictũ, præcipuè quoties minor ex certa scientia iurauerit, vt id etiã affert in cõs. 234.lib.3. quidquid senserit in contrarium Bar. in Auct. sacramenta puberum, vt enarrat Io. Andr. loco de quo supra.

Solet quandoq; in instrumento apponi, hęc renuntiatio scilicet, renuntiando tali, siue tali exceptioni in specie, deinde subiũgitur, & demum cuicumq; alij legum fauori, aúxilio, seu adminiculo in fauorẽ, ipsius renuntiantis introducto & prout innuit Bal. ad Spec. tit. de Tutor. vers. tenetur mater, quæ sumit, & Bart. in auth. matri colum. 3. vers. sed quęro quid si renuntiauit C. quan-
24 do mul. tutt. offit. an † per hæc verba renũtiatio ipsa trahi possit ad casus excogitatos? dicas talem renũtiationem casus excogitatos non comprehendere secundum Bero. cons. 177. nu. 31. cum seq. vol. 1. Paris. cons. 100. libr. 1. quos sequitur Magon. decis. 64. num. 67. Bald. in c. 1. de controuers. fæud. inter par. termin. Ioann. Andr. in c. fin. & ibi Abb. de commodato in nouell. glo. in auth. sacramẽta C. si aduers. vend. Bald. in l. 2. quæst. 9. C. de rescind. vẽdit. Bart. in l. sed & si quis §. quæsitum ff. si quis caut.

Sunt tamen alij Doct. contrariũ tenentes, vt generalis renuntiatio, omnia cõprehendat Alex. in cons. 42. vol. 1. vbi dicit renuntiationem generalem extendi, & ad omnia trahi debere per text. in l. pluribus ff. de excep. Salicet. in l. age cum Geminiano C. de transac. Bart. in l. si de certa re C. eod. tit. quos adducit Boer. cons. 30. nu. 13. dicens Bald. in l. pactum, quod dotali C. de pact. cõtrahentes, vel renuntiantes admonere, vt scilicet à verbis generalib. caueant, ne ex effuso sermone in periculum incidant per tex. in l. fin. C. de dot. promiss. ac alijs per d. Alex. in allegat. cons. 40. congestis, & quod renuntiatio generalis ad excogitata extendatur dixit Petr. de Sun. in l. fin. C. ad Vell. & est casus specialis in c. ex rescripto, de iure
25 iur. vinculum † etenim iuramenti secundum Bald. in l. 1. 2. quæst. C. cõmod. habet vim casus specialiter expressi per textum in l. cum pater §. filijs matrem ff. de leg. 2. Ideo videretur

retur dicendum renuntiationẽ generalem cum iuramento valere, quando de cõsensu saltẽ in genere constat, aliàs non, vide quæ scribit Alex. in l. 1. §. si qs ita ff. de verb. obligat. & in d. l. sed & si quis §. quęsitũ ff. si quis caut. & qp extendi possit ad incogitata cauetur, quoniam trã
26 sactionem † iuratam super testamento nõ adhuc viso valere dicit Alex. in cons. 9. lib. 2. & in l. qui Romæ §. duo fratres de verb. obligat. quod quidem sic corroborari potest,
27 quoniam si † exceptioni, ignorantiæ allegandæ renũtiari potest, ex Bald. in d. l. qui iure ff. de testam. milit. ergo etiam renuntiatio generalis ad casum excogitatum trahi debet.

Contrarium tamen colligitur, ex c. veniens de iureiur. & c. 2. de renuntiat. iuramẽtum scilicet, non extendi ad incogitata, ac nec ad ignorata, & sm̃ Paul. de Castr. in cons. 68. & in cons. 306. & cons. 348.

28 Tu tamẽ dicas regulariter † verum esse, renũtiationem generalem, valere quoad omnia, vel similia, vel minora non tamẽ expressis maiora, quod placet Bart. d. §. quęsitum num. 2. argum. tex. in l. fin. §. cui dulcia ff. de trit. uin. & oleo legat. & ad
29 hoc † vt generalis renuntiatio valeat, cautelam in d. §. duo fratres tradit, vt scilicet, addatur clausula expressa talem renuntiationem etiam ad incognita trahi, secundum Angel. in l. qui iure, & per Aret. in d. l. Clodius col. 1. ff. de acquir. hæred.

30 Et quod † generalis renuntiatio, & seu generalitas restringatur ad similia expressis, tenet Cardin. in clem. 2. de procurat. quandoquè etiam ad maiora expressis, quãdo tamẽ in eis maior adest ratio glos. in clem. 1. de re iud. & glos. in clem ne Romani de elect. l. cũ pena ff. de arbitr. & Alexan. in l elegantèr §. qui reprobos ff. d pignor. act,

Quoniam si generalis renuntiatio absolutè omnia includeret sufficeret, quod renũtiationes de quibus nõ in genere, sed in specie fienda est mentio, sub generali renuntiatione absq; illarum speciali mentione comprehenderentur, quodquidem verum non est, quandoquidem videmus, renuntiationem omnium benefitiorum à correis, vel fideiussoribus factã ad benefitiũ cedendarũ actionum non extendi Bald. in l. si diuisa C. locat. Alex. in l. si ex duobus §. si à Titio ff. de duob' reis sicuti multa pariter alia

 sunt

ſunt quæ ſub generali renuntiatione,prohibitiuè non comprehenduntur,veluti exceptio
31 † ſtatutariæ preſcriptionis cui renuntiari non poteſt, Bart.in l.nemo col.penul. verſ. quæro ſtatutum eſt ff. de leg.1. Bald. in §.præterea de Capit. Corrad.Abb.in c. cum non liceat, & in c. vigilanti de præſcrip. & Alex. in l. cum ſtipulatus ff. de verb·oblig. ac alia infinita, quæ ne lectorē tedio afficiant præterunda duxi.

Tandē concludas, quod in his in quibus qs præſumitur ignorare,vt mulier,ruſticus,&minor non ſufficit apponere renuntiationem generalem, ſed omnimoda certioratio requiritur, vt dictum fuit,&huic adhereo opinioni fragilitatis ſexus,minoritatis,ruſticitatis, atq; iuris ignorantiæ fauore, ob idq; nō ſine cauſa,Bart.in d.l. ſciendū, tutius eſſe,partes de renuntiationibus certiores facere dixit

Præuideant igitur notarij, vt renuntiationes, in inſtrumento apponendas nō ignorent, prout quamplurimi,de ijs ſcientiā non habent;verecundum quidem eſt, vt tales apponant in inſtrumentis renuntiationes, quarum eſſentiam penitus illorum ignorantia pandere pibet & vt plurimū interrogant mulieres, ruſticos, ſiue minores, circa ſimplicia renuntiati nomina,non eorundem explicata importantia,& quod magis eſt,exinde apponunt, certificatus,ſiue pri' edocti' &c. incauti tales addiſcant, quid importet talium renuntiationum ſignificatus,vel alteri illarum edocto,inſtrumenti confectionem remittāt,ne & ſui ipſorum dedecus,atq; ignorantiam patefaciant,& partibus litigandi cau
32 ſam præparent,& † vti Pica & Pſytacus cantantes dicūtur eſſe Roman. in ſing. 52. nu. 2.

Nec in propoſito, aufugere de-
33 beo, illud, quod ſcilicet ſi † in inſtrumēto reperiatur clauſula, quod mulier cerciorata fuerit de beneſitio Vellei. nūquid iterum poſſit notarius, mulierem interrogare,quid ſit Velleianum? dic quod ſic, & vbi mulier ſe neſcire reſpondeat, poterit nihilomin' eōdē vti beneſitio Alber.& Alex.in l.pen. §.fin.ff.ad Vell.Fælin.in c.ſi diligenti de for. cōpet.Hoc tamen verum eſt,quod eo caſu notarij detegeretur mēdaciū,
34 quod hercle † fugiēdum eſt, & vt inquit Iſidor. de conflictu vitiorum,&virtutū;ſcilicet [Nec artificioſo ingenio,nec ſimplici verbo oportet decipere quēquam,quia quolibet modo mētiatur

tiatur

tiatur, quis offendit] Et in creatione notarij, inter cætera circa huiusmodi renũtiationum explicationem, præcipuè illarum, quę in instrumentis communibus apponi solent interrogationem fiendam valde bonum esse iudicarem.

Longum esset renuntiationũ materiam enuntiare, & præcipuè de his, quæ in instrumentis emptionum, & venditionum, cæterorumq; contractum apponi solent, de quibus cùm ad saturitatem habeas ex Spec. in tit. de empt. & vend. & in §. 1. tit. de obligat. & solut. idcirco ad eundem te remitto.

Taciti, & expreßi virtus, quando par consideretur, & an instrumentum, primò scripturam, deinde lecturam desideret, legum fundamentis dilucidè demonstratur. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Consensus quid sit.*
2 *Actus præter agentium intentionem nil operatur.*
3 *Consensus duplex dicitur esse.*
4 *Tacitum, & expressum, quomodo differant.*
5 *Consensus expressus, non verò tacitus, requiritur, ad hoc vt iuri alicui quæsito, præiuditium inferatur.*
6 *Taciturnitas, inter consensum, & contradictionem, quando vti medium consideretur.*
7 *Tacens, quandoq; negare, & aliquando consentire dicitur.*
8 *Dominus, aliò rem suam alienante, tacens, numquid alienationi consentire videatur.*
9 *Donationi, tacitè consentiens, donare videtur.*
10 *Taciturnitas patientis per alium de re sua testari, numquid ei præiudicet.*
11 *Superioris taciturnitas, consensum, & mandatum arguit, vt quis pro locumtenente gerat.*
12 *Taciturnitas ad protestationem factam, arguit consensum, & nocet.*
13 *Prælati taciturnitas, circa delictum commissum, pro consensu habetur, eademq; Prælatum ipsum obligat.*
14 *Taciturnitas absq; scientia, tacenti non nocet.*
15 *Certificare aliquem, quando quis dicatur.*
16 *Consentire dicitur is, qui tacendo, contra actum non protestatur.*

VNdecimum caput, continet ratioñe præcedenti capiti annexam, dum dicitur [nam cũ consensus, & intẽtio, &c.] propriũ etenim huius dictionis nam, est propositionis iam inchoatæ causam, seu rationem explanare, quo circa nõnulla circa consẽsũ vtilia recẽsere duxi, & præcipuè

cipuè ad demonstrandum, qđ cõsensus, & intentio sit de substantia contractus.

In primis igitur scire debes, quod
1 consensus † nil est aliud quam rei gestæ, vel gerēdæ, aut actui proximè confirmatio, quo fit, vt semper adhiberi possit Innoc. in c. dudum vers. & nota, quod aliud est decretū de reb. eccl. non alien. in 6. qua de re
2 actum † vltra agentium intentionē, nihil operari, dicit text' vulg. in l. non omnis ff. si cert. pet. Item consensus dicitur simul sensus Bald. in l. fin. col. 1. vers. quæro numquid sit differentia C. ad Maced. & in l. pacta nouissima in fin. C. de pact. expositionem verbi consentio tradit.

3 Veruntamen † quia duplex reperitur consensus tacitus scilicet, & expressus, siue verus, vel præsūptus pro primo text. habes in l. qui tacet ff. de reg. iur. pro secundo verò notatur in l. 1. ff. de pact.

Et licet dici posset tacitum habere vim expressi, vulgata l. cum quid ff. si cert. pet. attamen, vt plurimū, diuersos inter se producunt effectus, & ideo consen
4 sus † expressus, ĩ tota causa præiudicat, tacitus verò præiudicat actui tantummodo, ex quo resultat, ipse tacitus actus, glossam notab. habes in clem. sæpe in verb. sed plura, de verb. sign. Paul. de Castr. in cons. 25.

5 Item ad hoc † vt iuri alicui quæsito fiat præiuditium circa illius amissionem, cõsensus verus, & expressus, nõ autem interpretatiuus requiritur, glos. in l. 1 §. fin. ff. de donat.

6 Qua de re taciturnitas, † inter consensum, & cõtradictionem dicitur esse medium, secundum Dyn. in reg. qui tacet, de reg. iur. in 6. Bal. in l. quæ dotis, & ibi Bart. col. penult. vers. & videtur loquendo ff. solut. matr. Lanfranc. in tract. de arbitr. part. 1. col. 11. Abb. in c. nonne col. 2. vers. sed vt habeatur de præsumpt. Card. in d. clem. sæpe §. fin. post glos. de verb. signific. quod tamen cessat in fauorabilibus, in quibus tacens per consentiente habetur, ex quo de sua tantum agitur vtilitate, Innoc. in c. genesi de elect. alias pro neutro habetur nisi expressum inueniatur secundum Card. d. §. fin. & Fælyn. in d. c. nõne đ præsump. vnde Petr. de Anchar. in cõs. 125. incip. iste executor, redarguit glos. in clem. quamuis rigor de appellat. quæ iudicem Apostolos petenti, tacendò illos negare videri voluit, quia hoc non esse præsumendum ibi dixit, vide

vide q̃ ſcripſit Soc. Sen.in cõſ. 167. incip.non inutilis,verſic. probatur hoc in fin. libr. 2.In præiuditialibus autem nũquã tacens conſentire videtur glo. in l.Gaius ff. de pignor. act. in
7 verbo non obeſſe, licet † quandoq; tacens, conſentire quandoq; negare dicatur Spec. §. 9.verſ.vtrum,tit.depoſit. & §. poſtremo verſ.verò,el 1.tit.de confeſſ. Attamen hæc regula, quod tacens in præiuditialib⁹ non videatur conſentire. Fal-
8 lit in domino cuius † res ipſo ſciente per alium vẽditur,quo caſu taciturnitas ei nocet, ſecundum Dyn.in l. 2.§. voluntate,& in l.quæ dotis, & ibi Bar. col.penult.ff.ſolut.matr.Bald. in l.quotiens la 1.col.1. verſic. quæro numquid C. de fideicõ. ſi tamen dominus dicat conſentio ſaluo iure pretij poterit tunc pretium petere Ioan. de Imol.in d.l.quæ dotis.

Sed ex l.mater ff. de rei vendicat. præſentem alienationi rei ſuę per alium factę,atq, tacentem quodammodo,talem vendentem procuratorem conſtituere videri cauetur,vide glo. ibi Alex.in l.ſi ſine in verbo cõſultum eſt C.ad Vell.prout idem
9 conſideratur in eo, qui † donationi de re ſua factæ, tacitè cõſentit, quo caſu donare videtur,Bart. d.l. quæ dotis col. 2. verſ.oppono de l.ſi ſeruus,circa huiuſmodi artic.an ſcilicet, & quando taciturnitas domini noceat, vide quæ perſpicaciter,atq; ſubtiliter ſcribunt Bart.& Alex. in l. ſi fundũ per fideicommiſſum ff. de leg. 1.

10 Sicuti pariter, taciturnitas † patiẽtis alium de re ſua teſtari nocet,text.eſt clarus in l ſicut §.venditionis ff.quib.mod. pign.ſol.& ſecundum Bald.in c. 1.§.præterea,quib. mod. feud. amitt. ſed idem Bald. in c.1.in princip.verſ.quod ſi patior,de prohibit. fæud. alien. per Lothar.contrarium tenet,dicitq; quod ſi patior te de re mea teſtari, ob id conſentire non videor per text.in l.ſi quando §. fin.C.de inoffit.teſt. cum patientia non preſtet auctoritatẽ extra iuris diſpoſitionẽ, & diſtinguendo adducit, quod aut quis ſua prætenſa auctoritate id fieri patitur, & tunc conſentire videtur, ſecus autem ſi auctoritate facientis, hancq; rationem adducit,quia vbi accõmodatur nomen ibi,& conſenſus adaptatur, ſi verò in actu efficiendo,quis nõ nominetur, tunc quia ibi nominis titulus abeſt ergo,nec conſenſum interuenire dicit per tex. in l.Gaius ff.de pign.act.quodquidem mihi

mihi nõ displicet, vnde distinguas, Aut sumus in casu taciti consensus,&tunc aut legis prouidentia suffragatur tacẽti, & eo casu non nocet, si verò, iuris adminiculum non interuenerit, & tunc distingue secundũ Bal. vt supra: iterum dicas, Aut taciturnitas cum scientia concurrit, vel id min⁹, primo vtiq; casu pro consensu habetur l. in sponsalibus §. 1. & ibi Bart. ff. de sponsal. l. si seruus §. fin. ff. de donat. int. uir. & vxor, vnde
11 taciturnitas † superioris arguit, consensum, & mandatũ, vt quis pro locum tenente gerat, Guil. de Cum. in l. 1. ff. de exercit. Alex. conf. 1. cart. vlt. libr. 2. sicuti pariter taciturni-
12 tas † ad protestationem factã arguit consensum, & nocet l. si fideiussor in princ. & ibi Alex. ff. qui satisd. cog. & idẽ in conf. 107. vol. 4. & in d. l. quæ dotis vlt. cart. ff. solut. matr.
13 Sicuti etiã taciturnitas † delicti commissi pro consensu habetur, & obligat prælatum, vt dixit Card. in clem. 1. 10. not. de vit. & honest. cler. c. sit rector 44. distinc. & c. quid enim prodest 83. distinct. si verò cũ
14 taciturnitate † non concurrit scientia eo casu cum pro ignorante habeatur, nec illa nocumento esse potest l. si filius ff. ad Maced. clem. 1. de procurat.
15 Vnde ratificare † aliqd quis dicitur, quod præsens audit sed non contradicit, Doct. in l. si habẽtibus C. si cert. pet. Bal. in l. 1. col. 13. vers. sed quod si pater C. qui admitti.
16 Quare consentire is † dicitur, qui tacendo contra actum non protestatur l. 1. C. de filiofam. & quemad. pater lib. 10. Bart. in l. 4. §. si in vẽditione ff. Quib. mod. pign. solut. vide omnino Bal. in d. l. si fine in vers. venio ad aliam materiam cũ seq. C. ad Vell.

Hoc tamen illud verum est, quod
17 in ijs † in quibus magnum versatur prejuditium taciturnitas non nocet secundum Innoc. in d. c. genesi in 1. col. & in glos. sua in verbo collatio de elect. & Ang. in l. inuitum ff. de ser. vrb. præd. & an taciturnitas cũ scientia concurrens, præiudicet domino circa rei suæ alienationem, dicas vt supra, & vt infra.

Et in proposito consentiens alienationi rei suæ, vel rei, in qua habet ius in re, vel ad rem, nũquid sibi præiudicet, vide Cor. in conf. 144. incip. licet libr. 3. vbi habetur, quod consentiens alienationi rei non perdit ob id ius petendi pretium contra vendi-

venditorem ad id facit, quod idem notat in conſ.203.incip. viſo, in littera C.eod.vol.& in conſ. 208.incip. videtur in littera M. lib.4.& ibi tenet conſentientem alienationi rei ſuę contra ementem rem petere prohiberi.

18 An verò vbi † de reciproca obligatione agatur, tacens pro cõſentiente habeatur vide eũdem Corn.in conſ. 139.incip. viſo in littera E, lib.4.

19 Numquid autem notarius † rogatus de inſtrumento, quod per ſententiam falſum declaretur. tacens, de falſo poſſit cõdẽnari? vide Spec.in §.9.verſ. ſed pone tabellio tit. de inſtr. ædit.

20 Idcirco differt tacitus † conſenſus ab expreſſo, nam tacitũ illud dicitur eſſe, quod magis interllectu percipitur, quam quod ex ſermone exprimitur ſecundum Bald.in l.fin.col. 2. in princip.in verſ. ad primum dico C.de inſtit.&ſubſtit.vnde tacitè fit quãdoq; quod expreſſè fieri non poteſt, & è contra Spec.§.vtrum verſ.1.de libell. concept. & ideo taciti, & expreſſi non eſſe idem iuditium dixerũt Imol.in l.ex diuerſo §. fin.ff.ſolut. matr. & Alex. in l. generaliter ff de verb. obligat.

21 Et deniq; an † taciti,&expreſſi ſit par efficacia, atq; virtus; vide ea, quæ notat gloſ. & ibi Bar d.l.cum quid ff.ſi cert. pet. Fęlyn.in c.ex litteris de fid.inſtrum. Alex. vna cum Bart.in l. Quicquid adſtringendæ ff. de verb obligat.Franc.Aret.in l ſi plagæ in fin.col. 1.verſ. tertia ratio ff. eod. tit.

Subiungit optime quidem Imperator.ſ.[requiritur, quod notarius coram ſe,& teſtibus ſaltem ſummariè recitet, ac legat partibus pacta,renuntiationes,&clauſulas ſingulas ſuper quibus fundatur vis ipſius coram ſe geſti, ac conſenſum deſuper exprimi curet] ideo ea,

22 quæ † in ſcriptis celebrantur imprimis tota ſcribi, deinde legi debent,ex l. contractus,& ibi Doct C de fid.inſtr. Bal.verò dixit in d.l contractus, col. 6. verſ ſed hic q̃ro,conſenſum debere præcedere ſcripturam primo namq; partes contentæ eſſe debent,antequam fiat ſcriptura,quod tamen verum eſſe dicit,dũmodo vnico contextu vtrumq; interueniat,ſecus eſt

23 † in contractibus Regũ,& Comitum, in quibus primo ſcriptura deinde conſenſus requiritur,vt ibidem dicit Bald col. 2.verſ.3.nota de contractu, & licet nonnulli illius ſint opinionis,vt clauſulæ ſolitę in inſtrumentis

mentis apponi omissæ in instrumento pro appositis habeantur, vt diximus in prima parte in Cap. 53. & vt præponderat Imperator hic; tutius tamen, & æquius clausulas singulas scribendas esse admonet propter multa, idest ad tollendas quascunq; hæsitationes, atq; dubitationes, quæ exinde oriri possent.

24 Et an sententia † primo scripturam deinde illius lectionē desideret dicas, quod sic, aliàs non valet, arg. l. fideicommissa §. quoties secundum Bald ibi ff. de leg. 3. Doct in l. 1. & 2. C. de sentent. ex breuic. recit. nisi

25 tamen repugnaret statutum † quod sententia valeat omni iuris solemnitate omissa, quo casu etiam non scripta, & seu nō lecta valet secundum Bald. in l. prolatam, col. 3. vers. quid si statutum C. de senten. & inter

26 locut. om. iud. nec sententia † lecta dicitur, nisi legēs scripturam oculis prospiciat, non autem illam mēti siue memoriæ recitando enunciet Bart. in l. 1. §. & ideo ff. de his, quę in test. delent. & ibi Raph. & Imol.

Bald. autem in l. hac cōsultissima, col. penult. vers. Item est argumentū, tenet quod sentētia in voce, sine scriptura ferri possit Spec. vers. quid de interlocutoria tit. de sentent. Bart. in l. 2. C. de sent. ex breuic. recit. & ideo Bald. in l. fin. C. d. tit. mox

27 allegato, dicit interlocutoriā † sine scriptis ferri posse, satis enim est, quod redigatur in scriptis, videas circa hoc Bart. in l. eius ff. de appellat. & Petr. de Sun. in l fin. Quor. appellat. nō recip. & potest etiam interlo-

28 cutoria †, per testes probari l. quoniam C. de hæret. quando tamen scriptura, de ead. re facta sit de perdita, aliàs non potest per testes probari ex Bald. sententia in l. emancipatione, paulò post principiū C. de fid. instr. c. sicut & ibi Doct. & præcipuè Abb. in 3. notab. de re iud. vide quæ scribit Bart. in l. testium vers. vlt. tene menti C. de testib.

29 Item arbitri † sentētia in scriptis ferenda est l. 1. & ibi glos. C. d. tit. de sentent. ex breuic. recitan.

Et ideo regulariter dicas, quod

30 sententia † diffinitiua in scriptis est proferenda, d. l. 2 & 3.

31 C. tit. eod. & debet † per notarium causæ scribi secundum Bart. in l. cùm sententiam C. de sentent. & in l. 1. C. de sportul.

32 nec † valet sententia, nisi dicatur in his scriptis pronuntiamus secundum Angel. in l fin d. tit. de sentent. ex breuic. recit. &

in l.errore ff. de teſtamen.

33 Numquid autem † ſententia debeat legi à iudice, vel à notario? Bart.dicit quod debet à iudice proferri d.l.1.Card in clemen.ſæpe §.& quia 8. oppoſit. & ibi gloſ.de verb. ſign. Alex. in l.videamus §. 1. ff. de in lit. iur.niſi tamen ſit de maiorib. iudicibus ciuitatis, quoniam eo caſu per notarium actorum illã legi facere poteſt, ipſo præſente mandante, & in fine hęc proferente ſcilicet, & ita nos pronuntiamus, vt ſeruat vſus, & conſuetudo Bal.in l.iubem' 2.col.C.de teſtam. & in l. hac conſultiſſima §.at cum humana verſ.item eſt argumentum, & ibi Paul.de Caſt.C.qui teſt. fac.poſſ.nec ſententiam valere dicit Bald. in l. fideicommiſſa §.quoties ff. de leg. 3. niſi adſit clauſula,lata,lecta,& data &c. ſic pariter tenet Lanfranc. c. quoniam cõtra verſ. ſententia col. 5.de probat.

In propoſito igitur,Imperator iubet ea,quæ in ſcriptis ſunt celebranda,de verbo ad verbum contrahentibus,& teſtib.ſingulatim relegenda eſſe,quoniam
34 contractus † partibus non relectus,perfectus eſſe non dicitur Bal. in l. contractus col. 4. verſ.Item dicitur contract' C. de fid.inſtr.per d.l. fideicõmiſſa §.1.de leg.3.quod tamẽ procedere ibid,dicit Bald.quoties contractus ille ſcripturam requirat,aliàs ſecus ſecũdũ Abb. in c.cum P.Tabellio de fid. inſtrum.ſicuti pariter dictum teſtis,eidem eſt relegendum, vt inquit idem Bal.in l.fin.C.plus val. quod agit. videm' etenim quod dum legitur contractus, partes,vel alteram ipſarum penitere poſſe, vt enuntiat Bald. d.l.contractus col. 6.verſ. dein
35 de vos videtis. Vnde † Bart. eo loci dicit quod ante cõpletum,& abſolutum ipſum contractum, à partibuſq; approbatum,neutri partium ius quæſitum dici poteſt. Ideo contra-
36 ctus † ille perfectus, & concluſus dicitur eſſe, quãdo notarij ſubſcriptionem cõtinet ex Bal. ſententia, proxima lege recenſita,colum. 3. Item inſtrumẽ-
37 tum † dicitur perfectum,& pro perfecto habetur à partib. vel à teſtatore,quando partes, vel teſtator diuerterunt ad actus extraneos Cyn. in l.in bonæ fidei quæſt. 2. & ibi Salic. C. de pact. arg.l. hæredes palã §. fin. ff.de teſtam. Alex. in conſ. 74. libr. 1.

38 Sed ſi teſtes † dicant ſe non interfuiſſe, vel non intellexiſſe numquid valeat inſtrumentũ illud Bart. in l. coram Titio ff.

de verb.

de verb.signific. dicit se consul uisse tale instrumentum nō valere, ideoq; non debet dicere notarius præsentibus talibus testibus, nisi pariter dicat audientibus, & intelligentibus, quoniam se interfuisse, sed nō intellexisse dicere possunt vt supra,& vt idem Bart. dicit in l.diem §.coram ff. de recept.arbitr. Bal.in l. 1.& 2.C.de error.

39 aduoc. præsens † etenim non dicitur,qui non intelligit Bar. in l. 1.§.propter ff.de postul.& pręcipuè hoc intelligi debet in illo, qui specialiter in testē est vocatus, vt dicit Spec. in §. 1. vers. Item quod non perhibet ad testificandum tit. de teste, quo casu testis præsens non intelligens astans dici potest, vt dicit Abb. in c. peruenit de testib. cog.quia licet animo qdquam intelligere nō possit corpore tamen assistit, vide Alex. in cons. 179.libr.2.& Fælin. in c. quoniam frequenter in fin. Vt lit. non contest.

40 Propriè namq; præsens † is dicitur esse,qui personaliter reperitur cōstitutus, sēsibusq; se exhibet glos. in clem. dudum de sepul.in vers. præsentari,& ibi Card.atq; Sicul. in c. cum parati col. 1.vers.Item nota de

41 appellat. si verò notarius † dicat præsentibus testibus N.N. audientibus,& intelligentibus ipsiq; nec audiuisse, nec intellexisse asserant numquid notarius falsarius dici possit,dicas, quod sic secundum Bart. in d. §.coram ff.de recept.arbitr.

42 Quid verò si testes dicant † notarium errasse cum non verba illa in instrumento apposita sed alia, de quibus ipsi non recordantur per notarium lecta fuerint, an eo casu in pænam falsi incidat notarius ille,vide, quæ scribit Socin. Sen.in cons. 171.incip. diu vers. confirmo hoc circa medium lib. 2.

Sequitur autem in fine huius capituli[postea verò quicquā addi,detrahi, vel mutari etiam đ partium consensu non potest] de his diximus in primo huius operis membro in Cap. 53. & ibi prospicias necnō & videas Spec. in §. instrumentum tit.đ instrum. hoc tamen nō omit-

43 to,quod notarius † addens pænam in instrumento à partib. non adiectam tenetur de falso Bal.in l.fin.col. 1.C.de execut. rei iud.glos.& Doct. in l. ex ea ff.de verb. obligat. Alex. in l.si prius §. 1.ff.de aqua plu.arcēd. Et quid si addat bonorum hippotecam vide Bald. in l. 1.ff.solut.matr.

Casus speciales, in quibus scriptura requiritur, ex c. 1. §. postquam autem de cen. in 6. inscijs enumerat Author. Cap. XIX.

DVodecimum caput in ordine positum, allegata in suprascripto ꝓximo capite adducta, esse seruanda, præsertim in contractibus, & actibus, in quibus de substãtia scriptura requiritur, detègit, & ideo quoniam nonnulli sunt notarij omnino in scij casuum scripturam necessariò exoptãtiũ, & de quib. inter cæteros, memoratur glos. in c. 1. §. postquam autem, de censibus in 6. multiq; Decretalibus ipsis careãt proindeq; summo pere illorum scientiam habere cupiant superfluum igitur pro eis, eosdem casus ibidẽ positos, recensere mihi non videtur.

Non te igitur Notariè, qui casus prædictos ignoras prætereat, quamplurimos esse, in quibus scriptura interuenire debet, ex prænarrata glos. recensitos.

Primus est, quoties facta per Archiepiscopum visitatione prouinciarum suæ diœceses, quam exinde reiterare vellet, id per eum fieri non posse, sine eius suffraganeorum consensu, atq; illius diffinitione, quæ eo casu in scriptis redigenda est, vt colligitur ex d. §. postquam.

Secundus est ille casus quoties agitur de facto antiquissimo, qđ per testes probari non potest, l. census ff. de probat. c. ad audientiam de præscript.

Tertius, quoties agatur de priuilegijs, quæ scriptura inuiolabiliter desiderant, c. porrò tit. de priuileg.

Quartus in dimissorijs, text. est clarus in c. extraneo 70. distin.

Quintus, in redeunte ad hæresim c. saluberrimũ prima quæst. 7.

Sextus, in eo qui professionẽ emittit c. omnes fœminæ 27. q. 1.

Septimus, in electione c. quia ꝓpter. in antiquis, de electio.

Octauus, in emphiteusi l. 1. C. de iur. emphiteut.

Nonus, in alienatione rei ecclesiasticæ c. sine 12. quæst. 2. c. hoc ius 10. quæst. 2. c. 1. de ijs, quæ fiunt à prælat.

Decimus, quando appellatur ab interlocutoria c. cordi de appellat. in 6. adde Bart. in l. eius ff. de appellat. & Petr. de Sun. in l. fin. C. quæ appellat. non recip.

Vndecimus; quoties quis circa procu-

procuratorem constitutum variat c. 1. de procurat.

Duodecimus, vbi pactum à partibus in contractu apponatur, ne scilicet contractus valeat, nisi in scriptis redigatur c. 2. de pact. l. contractus C. de fid. instrum. & in reg. contractus de reg. iur. eod. lib. 6.

Decimustertius, in sententia excommunicationis.

Decimusquartus, in requisitione transcripti sententia excommunicationis c. cum medicinalis de sentent. excommunic. libr. 6.

Decimusquintus, quoties grauatus contra electiones, postulationes, vel prouisiones, appellat. omnia illum grauantia in scriptis exprimere cum iuramento debet cap. vt circa, de elect. in 6.

Decimussextus, vbi Canonici, qui per consuetudinem alioue iure à diuinis cessare intendũt, causam in scriptis talis cessationis proponere debent, c. si canonici de offit. ordin. lib. eodem.

Decimusseptimus est, ne in ciuitate Romæ, & sic in Vrbe aliquis Senator, Capitaneus, Patricius, aut Rector, vel ad eiusdem vrbis regimen, seu offitiũ nominetur, eligatur, seu aliàs etiam assumatur, absq; licentia Sedis Apostolicæ speciali, per ipsius Sedis, literas, cõcessionem licentiæ talis, specialiter exprimentes, vt colligitur ex c. fundamenta, de elect. lib. de quo supra.

Decimusoctauus, in donatione quingentos excedenti aureos l. si quis argentum C. de donat.

Decimusnonus secundum quosdam in fideiussore l. penult. C. de fideiuss. & vt dixi in prima parte de Musica.

Vigesimus, requiritur scriptura, in minore, qui se maiorem iurat l. 3. C. si min. se maior. dix.

Vigesimusprimus, quoties fiat pactum cum aduocato de re mobili sibi danda l. vnica secundo respons. C. de suffragio.

Vigesimussecundus, quoties soluatur debitum in instrumẽto publico contentum l. testium, & auth. rogati C. de testibus.

Vigesimustertius, quando ex causa antecedenti, de debito, quis sibi in scriptis cauet, vultq; probare l. generaliter C. de non num. pecc.

Vigesimusquartus, in testamẽto in scriptis redigendo l. Hac cõsultissima §. at cum humana C. qui test. fac. poss.

Vigesimusquintus, in delegato Papæ c. cum in iure de offit. deleg. & in l. vnica C. de mãd. Princip. Vige-

Vigesimussextus, in libello criminali, siue ciuili, c. 1. de libel. oblat. c. legum 2. quæst. 1.

Vigesimusseptimus, quoties Italiæ Episcopus Vltramuntanũ ordinare vellet, quoniam eo casu absquè speciali Summi Pontificis licentia in scriptis danda, id facere non potest c. 1. de tempor. ordinat.

Vigesimusoctauus est, in sententia diffinitiua c. vlt. de sentent. & re iud.

Vigesimusnonus, in q̃storib. elemosinarum c. cum ex eo de pœnitent. & remiss.

Tricesimus, in casus Extrauagãt. Bonon. in c. proinde in fine.

Tricesimusprimus, in alia Extrauaganti, quę incipit in cunctę, & hos duos Extrauagant. casus, Monachum addidisse afferit ibid. glos.

Tricesimussecundus, habetur in c. causam de elect. vbi appellationẽ in scriptis exhibere oportere cauetur prout in 10. continetur.

Tricesimustertius in c. dudũ Clemẽt. de iud. vbi cauetur, citationes mãdato Summi Pontificis extra dies solemnes factæ in scriptis redigendas, & exinde publicè affigendas esse.

Tricesimusquartus, vt obtinẽtes plures dignitates, personatus, siue benefitia curam animarũ habẽtia ex dispensatione Extrauagantis execrabilis Ioannis 22. non possent, nisi vnum obtinere, alia verò publico documento, & sic scriptura, quæ fidem non variat, memoriæq; labilitatem non patitur, quod secus consideratur in testibus, vt ibi glos. in verbo sub testimonio publico in fin. resignare tenentur.

Verum tamen est, quod nõ in omnibus prædictis casibus regulariter, de substãtia requiritur scriptura, cùm aliàs per testes, & instrumentum quidquã ꝓbare potest, sed quoniam probatio securius fit ꝑ scripturã ex l. contrahitur ff. de pignor. & vt habetur ex gl. in d. §. postquam, ideo tutius est, vt scriptura in his interueniat casib. alijs prætermissis de quibus Abb. & Fælin. ibi extra glos.



Notarium esse, quomodo quis probare debeat, & præsumptiuè, quando quis notarius dicatur esse, denuò an Putatiui Notarij Instrumenta valeant hoc in Capitulo continetur. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 Notarium esse, triplici modo, quis probare potest, & sub num. 3.
Item Notarius, quis tunc dicitur, & talis esse probatur ex eo quod, opponens, negatiuam minimè probet.
Item Notarium esse probatur per priuilegium publicum, vel per instrumentum, aut per testes talem publicè offitio tabellionatus fungentem deponentes.
Item per famam publicam, quod is pro notario habitus, atq; reputatus sit.
2 Notarius, ex longissimi temporis diuturnitate, quis esse præsumitur.
3 Multiplicitas Instrumentorum per notarium rogatorum, talem in exercendi tabellionatus possessione esse, veridicè redarguit.
4 Matricula, an quem notarium esse verè, vel fictè demonstret.
5 Matricula, ad hoc vt probet, quænam concurrere debeant.
6 Notarij sola aßertio, eundem, firmiter notarium esse, non constituit.
7 Notarius conficere instrumenta prohibitus, ex quasi tabellionatum exercendi possessione notarius dici non potest.
Quod tamen limitatur, quoties communi opinione, & seu fama concurrentibus, officium exerceat, vt ibi.
8 Matricula, quando quem notarium, verè vel fictè probet.
9 Notarij putatiui Instrumenta, an valeant.
10 Instrumenta facta ab eo, qui diu se per tabellione gesserit, an valeant.
11 Error communis, facit ius.
12 Alex dictum in consf. 138. vol. 1. num. 7. ex Natta, reprobatur.
13 Probationis virtus magis à publica fide, quam à titulo, vel collatione offitij dependet.
14 Notarij putatiui instrumenta ex Natta, quando & quare valere debeant.
15 Notarium, qui se fallaciter facit, falsi pœnam incurrit.
16 Instrumenta Notarij, qui creatione indignus erat, numquid valeant.

DEcimumtertium igitur in ordine positũ membrum, duo continet, scilicet perpetuam gestorum existentiam, & nonnullorum, simulatè tamen notariorum fallaciam, atq; calliditatẽ & qui dolosè se notarios fingunt: de primo superius diximus in Cap. 13. ad secundum autem

autem me accingo, atq; dico, verissimum quidem esse, quãplurimos notarios à contrahẽtibus, siue alijs instrumentorũ extensionem relinquere, qui versutè, ea quæ vera sunt mutant, ita vt notarium, de ijs rogatum multis periculis inuolutum sinant. Qua de re, illa sese offert occasio, vt aliquãtulum disceptemus, atq; videamus.

Primo, quomodo quis se notarium probare debeat.

Secundo qualiter notarius, quis esse præsumatur.

Tertio, an notarij putatiui instrumenta valeant.

1 Ad primum † igitur redeũdo; Angel. in §. hinc nobis collat. 1. Auth. de hæred. & falcid. tripliciter, quempiam se notariũ probare posse dicit, nempe, p iuramentum, per comparationem litterarum, & per consuetudinem, celebrandi instrumẽta, vide Bald. in l. 1. C. de mãd. princip. & in l. 1. col. 4. C. de fideicom.

Bart. autem in l. Herennius ff. de decur. contrarium tenet scilicet, quod per consuetudinem conficiendi instrumenta, non ob id quis notarius esse probetur.

Secundo sententia est, Alex. in d.

2 l. Herennius, vt quis † notarius probetur ex eo, quod opponẽs siue negans contrariũ nõ probat, & cui contrarium probandi, onus incumbit Paul. autem de Cast. in l. scriniarios C. de test. milit. & Card. in clem. 1. quæst. 3 de procurat. dicunt, quod quando contra præsentẽ vel absentem pro graui præiudicio producitur instrumentũ, parte negãte notarij titulum, producenti, contrarium probãdi, onus incumbere, quoniam pro leui re contra absentẽ sufficit iuramentum, & ideo vsus litteras, testimoniales seruat.

Tertio, quis notarius esse probatur per priuilegium publicum vel per instrumentum, & testes qui saltem deponant, quod is offitio tabellionatus publicè fungebatur Innoc. in c. fin. de de fid. instr. Bart. in l. Barbari ff. de offit. prętor Bal. in tract. d tabel quęst. 3 & in addit Spec. vers. cõsuetudo vers ex sola, & vers licet quis de instr. edit.

Quarto per famam publicam, qa pro notario is, habitus, & reputatus sit Bal. d. vers licet quis quæst. 3. & vt p̃ponderat Spec. in d. §. restat vers & scias, quod tabellionatus offitium de instr. edit.

Ad secundum autem quomodo præsumptiuè, quis notarius dignoscatur, hoc tibi compilatum traddo.

Et

1 Et primo quis notarius † esse præsumitur, ex longissimi temporis diuturnitate, vtpotè quoties antiquissimũ producatur instrumẽtum, quo casu pro eo, qui illud confecit præsumptio succedit Inno. in c. veniens de verb. signifi. Bal. in auth. quas actiones in fin. C. de Sacr. san. Eccl. & Alex. post Bart. in d. l. Herennius Spec. in §. instrumẽtum, vers. quid ergo si tabellio amisit instrumentum tabellionatus, sæpius allegato tit. de instr. æditione, quod facit contra Bart. in d. l. Herennius. Vnde Bal. in d. l. 1. de fideicom. dixit post tres annos tantummodo quib. quis se gesserit ꝓ notario ob id notariũ non præsumi secus si post annos decem, quo casu talem offitium illud continuo exercentem præsumptiuè notarium iudicari fatẽdum est, vt ibi per eum, & qui aliter nisi ex eo, quod instrumenta cõficere consueuit, se notariũ probare non potest, id sufficere allegauit Innoc. in c. 1. de fid. instrum.

3 Secundo notarius, quis † præsumitur, ex multiplicitate instrumẽtorum productorũ, quę tamen, ab eodem cõfecta sint de cuius offitio dubitatur, vt voluit Bal. in l. 1. C. ad Maced. vide Socin. Sen. in cons. 146. incip. causa vers. confirmantur & in cons. 187. incip. in controuersia vers. secunda ratio est, quia, ibi ex quibus libr. 2. vide D. Menoch. de præsumpt. 78. præsumpt. lib. 2. nec prætermittas, ea quæ scribit Petr. Gerar. in Sing. 47. nu. 1.

4 An autem quis † ex matricula præsumatur, siue potius probetur notarius, & videtur, qđ Bart. & Imol. in l. quoties §. sed si cum ff. de pet. hæred. & in l. ex eo tempore ff. de test. milit. necnon & in l. Scriniarios C. đ test. milit. sentiant, matriculã non probare quẽpiam esse notarium, vel scholarem, qui re vera, notarius, vel scholaris non sit.

Contrarium tenet Bal. in d. l. Scriniarios per l. si solemnibus C. de fid. instr. & hoc probatur in l. matriculam, & ibi Bart. C. de agentibus in reb. lib. 12.

Ex additione verò ad Bart. in d. l. matriculam cauetur, matriculam constituere negatum, in quasi possessione, & præsumptionem pro eo succedere, qđ sit de tali arte, & offitio, quæ onus contrarium probandi in aduersarium trãsfert arg. l. circa ff. de probat. & quod in dubio semper pro matricula sit præsumendum per text. & ibi Bart. & Bald. in l. petitionem

C.de aduoc. diuerſ.iud.

5 Quare † non te prætereat, Bal.ſentẽtia in d.l. Scriniarios ad hoc vt matricula probet re quiritur ſcilicet, quod ſit legitimè deſcriptus, & quod concurrant alia neceſſaria, ita demũ, vt matriculatus exerceat artem, vt idem ſentit Bart. in d.l.ſcriniarios in fin.

Et ideo Io.Andr.ad Spec.in §.reſtat verſ.& ſcias de inſtr. edit. dixit aliquem tabellionem nõ probari eo ipſo, quod ſit in matricula notariorum deſcriptus

6 neq; † pariter præſumi, probari eum notarium eſſe pro ſolã aſſertionem, quam facit in inſtrumento, ſcilicet ego N. notarius &c.Spec.in §.8.d. tit.de

7 inſtr. edit. nec † probat notarius quaſi tabellionatus poſſeſſionem, quando talis tabellio prohibit' eſſet Bal.in tract. de tabell.quæſt.3. aliàs ſic, per exercitium communi opinione, & ſeu fama concurrentib. Inno.d.c.1.de fid.inſtr. & Bal. in Margar. verſ. notarius, & Azo in Summa C.d̄ fid.inſt.& Bart.in d.l. Barbarius in fin.ff. de offit.prætor.

Quocirca diſtinguendo, ex allegata ad Bart. additione auctoritate Doct.diſtinctim colligi-

8 tur, quod aut † matricula fit d̄ his, quæ fuerunt facti ipſius notarij, aut de his, quæ fiunt, & primo caſu notarium prȩſumi ſecundo verò caſu notariũ ꝓbari dicit.

Nec prætermittas adducta per D.Menoch.d. præſump. 78.ꝑ totum de præſumpt.lib.2.

Ad tertium autem accingendo,

9 videre neceſſarium eſt, an † notarij putatiui inſtrumenta valeant, & reperio Bart.in l.actuarios C.de num.& actu. lib.12. illius ſententiæ, vt tabellionis fallacis acta, nõ valere pro cõſtãti habeat, quod idem ſentit Bal.in l.1.6. quæſt. C. de teſt. per text.in l.ſi aliquid C.de ſuſcept.præpoſit.& arch.lib.10. & in d.l.Barbarius, col.9.ff.de off.prætor.

10 Sed † Bart.allegata l.Barbarius, ſenſit inſtrumenta confecta ab eo qui diu ſe pro tabellione geſſerit tenere ꝓpter publicam vtilitatem, & ne contractus infirmentur, virtute §. penul.in fin.Auct.de tabellio. & hoc non obſtante d.l. actuarios, quam in certis pecuniarũ exactoribus loqui declarat.

Qua de re, licet illa inſtrumenta facta ſint à notario, qui notarius non erat, nihilominus eadem valere ſentio commu-

11 nis † etenim error facit ius, gl. in d. §. pen. Auct. de tabellio quam ſequitur Bald.in l.iubemus

mus §.1.C.de Sacr.sanct.Eccl. & in auth.habita col.10.C.ne fil.pro patr.& in l.eadẽ ad fin. ff.ad l.Iul.repetund.

12 Et licet † Alex. in cons.138. libr.1.num.7.prope medium deducat, defectu creationis, quempiam nõ posse facere instrumenta,& si facta,nihil valere, & quod tunc communis error non faciat ius, eodemq, cons.teneat,huiusmodi instrumenta nullam producere efficatiam etiam quo ad contrahentes ipsos attamen Natta in additione d.cons.Bart.opinionem in d.l.Barbarius, veram esse,significat, non obstantib. ijs,quæ idem Alex. in contrariũ recenset hac præcipua ra-

13 tione, quoniam † virtus probationis magis à publica fide, quam à tit.vel collatione offi-

14 tij dependet, satis † ergo est (vt inquit) quod tunc publica in iuditijs,&extra fides ei adhibeatur,vt prętextu fidei publicæ contrahentes decipi nõ debeant,auctoritate Bal.in cons. 118.lib.3.Fulgós.in d.l.Barbarius,& eiusdẽ cons.151.col. 1.Lanfr. in sua praxi in verb. instr.productiones num.12. quam communem dicit fuisse & esse obseruationem sic attestante Abb. in d.l.Barbarius, col.fin.num.33.Dec. in c.1.de fid.instr.necnon & Io.Ign.in l. 3.§.si quis tabulas num.70.ff. ad Sylan. quare instrumentũ de cuius uiribus dubitatur validum præsumitur si probetur factum ab eo, qui notarius reputabatur Doct. & Petr. de Sun.in l.si solemnib. C.de fid. instr.Spec.in §.instrumentum 1.col.de instr.edit.

15 Hoc tamen verum est quod † talis se pro notario gerens, punitur de falso secundum Bald. in d.l.1.quæst.6.C.de testam. per l.eos §.qui se ff.ad l.Corn. de fals.

16 An autem instrumenta † notarij,qui notarius creari nõ potuit valeant vide Dyn.in l.Titiũ §.á matre ff. de admin.tut.

Quàm etenim periculosum igitur sit extensionem instrumẽti alteri committere, tibi cogitandum relinquo.

Mentionẽ autem facere decimi quarti Capitis ordinatim adiũcti,necessarium non esse mihi videtur,in Capitẽ siquidẽ Duodecimo satis dictum fuit, & ideo pręsens Caput,ad illud accessoriè aggregatum omitto, Decimumq; quintum exinde constitutum capio.

Præcipitanter quidquam operari, imprudenter agi; sed praeuia consideratione quidquid actum esse reperiatur, id Prudentiæ rectitudine operatũ esse traditur. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Veritatem celare, peccatum est.*
2 *Veritas, non inuoluta, sed sincera debet esse.*
3 *Falsarius quis nam dicatur.*
4 *Prudentiæ, contraria, quæ sint.*
5 *Prudentiæ, & Imprudentiæ effectus designantur.*
6 *Prudentis proprium, quodnam sit.*
7 *Prouidentiæ effectus mirabiles.*
8 *Virtus, lenta est, & omnium percunctatrix, iniquitas verò omnia præcipitat.*
9 *Iudicans inconsultè, & antequam intelligat, erroris labyrintum incurrit.*
10 *Notarius, clausulas in instrumento insuetas apponens, vti suspectus de falso puniri potest.*

Recto quidem iuditio Imperator Maximilianus notario impo nit, ne circa prothocollorum, siue abbreuiaturarum impositionem festinet, seu præcipitãter agat, ex eo quod tota uis, & substantia, consistit in fideliter exercendo, ea quæ ad sui pertinent officium, de quibus in toto pręsenti compendio habetur discursus, & ideo cũ prudentia, diligentia, & consideratione scribat fideliter, ac sincerè, ea quæ vera sunt, sine veritatis, occultatione, quando-
1 quidem veritatẽ † celare peccatum sit Fælyn. in c. causam de test am. & in c. nihil 3. col. d
2 præscript. nec † veritas inuoluta, sed sincera esse debet c. à nobis, el 2. de senten. excomm. & Card. in clemen. 1. §. porrò, de Sum. Trinit. & sine falsitatis admixtione.
3 Quia falsarius † is dicitur, vel qui veritatem omittit, vel qui ex dolo obscurè loquitur c. ne quis cum glo. 22. quæst. 2. Bar. in l ea quę ff. de cõtrahen emp. & in l. præsbiteri, vbi notandũ & ibi Bal. col. 1. vers. ex prædictis etiam apparet C. de Episc. & cler. & in l. nullum 2. notab. C. de testibus, necnon & in c. 1 si inter dom. & vasal. lis oriat.

in

in vsibus fæud. Angel. in Auct. de testibus in princip. & Bald. in Margar. in verb. testis, col. 1 2 l. præscriptione in fin. & ibi Bart. C. si contra ius.

Idcirco iterum cum consideratione, & prudentia scribat, non festinãter iuxta illud, qui vadit planè, vadit sanè, qui etenim præcipitanter, quidquam agit imprudenter agit, & ideo per imprudentiam homo, à regulis, quibus ratio prudentiæ rectificatur, se diuertit Prudẽtię,
4 nãq; † sunt aduersa, astutia, dolus, fraus, nimia solicitudo, inconstantia, negligentia, præcipitatio, & inconsideratio: quo
5 fit vt dicta † Margar. Philos. tit. de princip. Philosoph. Moral. Cap 22. non omittam, scilicet Prudentia finem bonum præponit, prudentia carnis malũ, vt prudens latro latrocinium, & crapulosus, carnis curam tantum intendit.

Prudentia ad finem bonum, vias bonas inuenit, astutia malas, & apparentes excogitat.

Prudentia vias bonas inuentas fini præconcepto, verbo, & facto applicat, dolus vias malas excogitatas, verbo quidẽ, fraus autem facto finitur, maximè autem in acquisitione temporalium, circa quæ etiam fieri habet nimia solicitudo.

Prudentia constanter, & diligenter cõsiliata, & iudicata in præcipiendo exequitur, per inconstantiam verò, & negligentiã hæc eadem omittuntur.

Prudentia per eubuliam rectè, & ordinatè consiliatur: è contrario, per præcipitationẽm, ex impetu voluntatis, & passionis ordinatum consilium negligitur.

Prudentia per Synesim, & gnomin, de consideratis vera iudicat, per inconsiderationem nõ intelligendo, ea ex quibus rectitudo iuditij pendet, male iudicatur.

Quæ autem alijs partibus prudentiæ contrariantur, vno nomine Imprudentia nominantur.

Vnde Seneca de quatuor virtuti-
6 bus dicit [prudentis † propriũ est examinare consilia, & non cito, facili credulitate ad falsa prolabi, de dubijs non definias sed suspensam tene sententiã] & idem in prouerb. [Grauius nocet quodcunq; inexpertum accedit; melius est præcauere, quam pauere, vtilius est erubescere, quam pauescere]

Quo circa Diuus Augustr. in libr. de Singul. cler. dicit [vbicumq;
7 fuerit † prouidentia frustrantur vniuersa contraria, vbi autẽ prouidẽtia negligitur, omnia

nia contraria dominantur]
Huc pertinet, qđ Alciat. in Emblem. scilicet
Maturare iubent properè, & cunctariter omnes.
Ne nimiũ praeceps neu mora lõga nimis:
Vnde adagio fertur[festina, lẽtè] atq; apposité Salust. [priusquã incipias consulto, & vbi cõsulueris maturè, factò est opus.]
8 Virtus etenim † lenta est, & omnium percunctarix', iniquitas verò omnia praecipitat c. inter haec circum.de penitent.
9 distinct.3.in erroris † quidem labyrinthum incidit, qui iudicat priusquam intelligat c sciẽdum 29.distinct. quod idem affert Dec.in cap.cum venerabilis num.41.& 42. de except.
Et ideo dicit Imperator adhibitis solemnitatibus à iure, vel locorum in quibus instrumenta facient consuetudinibus introductis idest aduertat, ne clausulas inconsuetas apponat quo-
10 niam † aliàs de falso est suspectus, & puniri tunc potest, vt voluit Ant.Corset.in suis Singul. in verb. consuetudo nu.2.
Decimumsextum caput explanare opere pretium nõ existimo, de quo in prima parte disceptatum fuit, neq; notarius vltro se in genere potest, quam eiusdẽ patiatur officiũ, vt inquit Bal. ad Spec.in rubr.vers. Hic subdit, an tabellio, saepius memorato tit.de instr.edit.& ideo ad decimumseptimum me confero.

Notarij offitium renuntiari non poße, praeterquam in manibus Principis. Quomodo verò signo Tabellionatus adiecto, neq; mutato, ipsius Notarij subscriptio se habere debeat, breuiter edocetur. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, offitium suum, praeterquam in manibus Principis renuntiare non potest.*
2 *Notarium, vno semper signo, vti debere, est necesse.*
3 *Notarius, signum mutans absq; iudicis auctoritatè falsum committere dicitur.*
4 *Instrumentum, alienum continens signum, nullitatis vitio laborat.*

5 In-

PRæsens caput, duo continet, quorum primum renuntiationem offitij notarij in manibus Principis fiendam respicit, secundũ verò, signum notarij consuetum, non mutandum, nec alieno signo vtendum, nisi iudicis interueniente auctoritate demõstrat.

Quoad primum clarum est, nota
1 rium † offitium suum renuntiare non posse, nisi in manib. Principis, text. est apertus in l. legatum ff. de offit. præsid. cap. admonet & c. in dubijs, de renunt. & Bald. in l. falsus C. de furt. quodq; igitur, cum clarũ
2 sit, capio secundum, & dico † nulli esse dubium notariũ semper vno debere, vti signo §. oportet Auct. de instr. caut. Bar. in Auct. vt præponat. nomẽ Imper. num. 9. l. fin. C. de assessor. quando tamen sic se consuetudo habet, nec aliter, vt dicit Spec. in §. breuiter vers. in fine autẽ post omnia de instr. edit. vide Alex. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus col. 4. ff. de verb.
3 oblig. Et eodem † mutato absquè iudicis auctoritate, falsũ committere, Bal. post Guil. in l. comparationes vlt. col. C. de fid. instr. & idem Bal. in 1. Cõstitutione Cod. Lanfranc. in c. quoniam cõtra vers. instrumẽta colum. 2. de probat. §. itẽ lege Cornelia Instit. de publ. iud. Amanell. in suis Sing. sing. 13. sicut nec nomẽ mutare põt, vt ibi p eos, & proinde, instru-
4 mentum signum † non consuetum continens non valere dixerunt Bald. & Philipp. in c. significauit, de appell. per tex. in l. fin. ff. de assessor. & §. Item videndum Instit. de pub. iud. Fælyn. in c. 1. col. 4. de fid. instr. & Franc. de Aret. in l. ad testiũ §. si ab ipso ff. de testam.

5 Et non solum † signum requiritur in instrumento, sed & etiam subscriptio Bart in l. diuus ff. de testam. milit. & Paul. de Castr. in l. cum antiquitas in fin. C. de testam.

6 Et an notarium † sufficiat nomen suum, per litteram vnam in suo signo apponere, vel plures extensæ requirantur litteræ, vide Barthol. Cæpol. in l. Sponsio ff. de verb. signific.

7 Sed quamuis † de iure, signũ

notarij

notarij non sit de substantia, Bar.in prohem.ffff.& in d.l. ad testium §. si quis ff. de testam. contrarium tamē tenet Boer. decis.37.num.10.quoniā verò cōsuetudo aliter se habet ideo eo non apposito vitiatur Instrumentum glos. in c. ad audientiam de pscript. ad idē facit gl. in §.item lex Inst.de publ. iud. & vt dicit Boer.d.quæst. 37.in fin.

8 An autem † signum in princ. medio, vel sine instrumenti poni debeat, vide Bald.in §.die Lune tit. de Pac. Constant. in vsibus fæud.

Ideoq; indicat Imperator, circa signi soliti mutationem, alieniue signi vsum, Iudicis auctoritatē interuenire debere, quo-

9 niam † propter iudicis auctoritatem, omnis prorsus doli, & fraudis præsumptio atq; suspicio cessant glos. & Bald. in l. 1. 4.notab.C.de pd.decur. lib. 10

Abbreuiationes Instrumentariæ, quando Instrumentū vitient, & Ziffera, quando claudicatum reddat Instrumentum. Tandem namq; quo sermone, scribi debeat Instrumentum, omnibus notum perhibetur. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *INstrumentum abbreuiatum, intelligibile tamen valet.*
2 *Notarius, Instrumentum, per notas, signa, siue ziffras, scribere non debet.*
3 *Ziffera, quanam intelligatur.*
4 *Ziffera, an probet.*
5 *Instrumentum, in quo notarius posuit x. pro decem seu C. pro centum, an probet.*
6 *Abbreuiationes periculosas, notarius euitare debet.*
7 *Instrumentum, legibili littera scribi debet, quia aliàs non probat.*
8 *Notarius nimis abbreuiatè & confusè scribens, numquid is, & seu illius hæredes parti lesa ad interesse teneantur.*
9 *Instrumentum à muribus corrosum, an probet.*
10 *Notarius, numquid instrumentum corrosum renouare possit.*
11 *Membrana charta, quanam dicatur.*
12 *Instrumenta, an tam in noua, quàm in deletitia charta scribi possint.*
13 *Instrumentum in charta totaliter deleta, de suspicione redargui potest.*

14 *In-*

14 *Instrumenti in chartis rasis scripti, fides diminuitur:*
15 *Instrumentum, in charta vili, vel immunda scriptum, suspectum redditur.*
16 *Instrumentum diuersis litteris scriptum, suspicione non caret.*
17 *Instrumentũ; an lingua Alemanica, Græca, vel Latina scribi debeat.*
18 *Instrumentum, partim Latino, & partim vulgari sermone confectum, an valeat.*
19 *Instrumentum diuesis Tabellionum manibus scriptum, & subscriptum, an nullitatis vitio laboret.*

PRætermitto decimumoctauũ Caput, de quo verba fecimus in prima parte in Cap. 53. put pariter decimumnonum omitto, sed cum eius sensus apertus fuerit in præsenti parte Cap. 13. non igitur ab re illud prætereundum existimo, & vigesimum Caput assumo.

1 Scias igitur, quod & si † instrumentum abbreuiatum, intelligibile tamen, valeat, ex Bal. sententia in auth. quod sine C. de testam. non tamen no-
2 tarius scribere † debet per notas, signa, siue zifferas. arg. §. cuius scriptura, prope fin. C. de emendat. Iust. Cod. l. 2. §. hoc autẽ C. de iur. vet. enucl. Spec. in §. instrumentum vers. Item opponitur, quod instrumentũ tit. de instr. edit. & Io. Andr. ad Spec. in §. ostenso vers. quid si abbreuiatura tit. mox allegato.

3 Ziffera, idest † scriptura per zifferam, intelligitur videlicet per signa incognita, in instrumentis, nec in libris iuris minimè permissa, Aul. Gell. cap. 9.
4 libr. 16. nec ziffera † probat, secundum Bart. in l. quot §. sed si non ff. de hæred. instit. glos. in verbo nota de vna littera habente plures ramos, & continente vnum nomen in l. sed cũ patrono § fin. ff de bon. possess. vide pariter Alexan. plenè in cons. 152. lib. 2. & eũdem post Bart. & Angel. in l. quidquid ff. de verb. oblig. Bart. post glos. in prima Constitutione ff. §. illud autem vers. item aduerte, & in l. Lucius ff. de testam. milit. & Io. Andr. in c. mercurialibus de re iud.

Quod tamẽ intelligas quoties ziffera inusitata sit, alias secus, qa probat instrumentum secũdũ Bart. in auth quod sine C. de te-
5 stam. vbi scribit de notario † faciente instrumẽtum, in quo posuit x. pro decem, & c. pro centum, & quęrit, an per talia signa valeat instrumentũ; tandem asserit quasdam esse notas inusitatas, & incognitas, &

P has

has non probare concludit per tex.in d. l. sed cum patrono §. fin.ff.de bon.poss. & ibi exempla ponit. quædam verò dicit esse signa consueta apponi, & hæc probare absq; dubio tenet per text. in l. quoties §. 2.ff. de hæred. instit.

6 Abbreuiatione.s† igitur periculosas euitet notarius iuxta traddita á Spec. d. §. instrumentum versic. sed numquid:

7 Instrumentum † etenim littera legibili scribi debet, aliàs nõ probare dixit pariter Bal. in l. 1. C. de fid. instr. per c. cum di-

8 lectus extr.eod.tit. & an † notarius nimis abbreuiatè, atq; confusè scribens, seu eius hæres eo defuncto teneatur ad interesse, vide Io.Andr. ad Spec. in §. ostenso de instr.edit.necnõ & Abb. in c. cum Publius, de

9 fide instr. quid verò † si instrumentum à muribus rosum reperiatur, an probet vide text. in l. 1. §. si rosæ ff. de bon. poss. secund. tab.

10 Et numquid † notarius instrumentum corrosum renouare possit, vide quę scribit Bal. in l. diui C. de natur. lib.

Subiungit deinde Imperator[nedum instrumenta per litteras integras, cõmunes, legibiles, & cognitas, sed & etiã in Pergameno non in Papyro, Latinaquè, vel Alemanica lingua scribi debere.]

Hoc secundo loco dictum nostra tempestate, & præcipuè in Italiæ regionibus minimè seruatur, quandoquidem pariter nõ solum in pergameno, sed & in

11 chartis, & membranis quas † tenuiores animalium pelles, sicut corium crassiorem materiam significat Vigl. in §. nihil interest Instit. de test.ord. scribantur instrumẽta, a d id facit qđ habetur in l. Sempronius Proculo ff. de leg. 2. & vt in pũcto affert Bart. in l. 1. ff. de bon. possess. secund. tab. & in l. commodatò §. sicut in fin. ff. com-

12 mod. & tam † in noua, quàm in deletitia charta scribi possunt, idest tã in ea, in qua nihil scriptum fuit, quam in ea, in qua deleta sunt, quæ prius fuerant scripta l. chartæ ff. de bon. poss. secund. tab. licet per consuetudinem id non obseruetur, vt ibid. dicit Bart. præter id quod

13 si scriberetur† in charta totaliter deleta oriretur suspicio falsitatis, vt dicit egregiè D. Paul. Bellon. publicus in Academia Papiensi legum interpres, in §. sed cum paulatim nu. 10. in tit. Instit. de testam. ordin. & ideo Cyn. in l. comparationes C. de fid. instr. dicit ꝙ

14 instrumenti † fides in chartis

rasis

rasis scripti diminuitur, argu. text. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. prout pariter in-
15 strumenti † fides vacillat, quoties in charta vili vel immūda scriptum reperiatur Bald. in l. contract⁹, col. 5. C. d. tit. de fid. instr. per tex. in §. & quod sæpe & ibi glos. Auct. de trient. & semiss.

16 Sicuti etiam † instrumentū diuersis litteris scriptum de falsi suspicione redargui pōt, secundum Bal. loco supra citato, & ibi Petr. de Sun. ad idem facit, quod habetur ex c. inter dilectos tit. eodem.

Et licet antiquitus testamenta in ligneis tabulis leuiter ceratis præacuto ferro cōscribebātur, hodierna tamen die vsu receptum est, inter nos instrumentum chartis confectis ex panniculis maceratis, & contusis, vel pergamenis, scribere, vt pariter dicit D. Bellon. loco sup. citato sub num. 11. quo loci ēt
17 subdit † nihil referre, an Alemanicè, Græcè, vel Latinè scribatur instrumentum, sufficit etenim (inquit) quod voluntas, testatoris ex scriptura colligatur, l. Hac consultissima C. de testamen. vel quod contractus scribatur, iuxta conuenta, & vt colligitur ex l. 1. ff. de verb. obligat. adde Bart. in d. auth. quod sine C. de testam. & in l. quoties §. 1. ff. de hæred. instituen. & in hoc puto, attendi d̄ebere loci obseruantia, & consuetudo, quæ id qd̄ insufficiēs est, ad sufficiens reducit c. cū dilectus, §. 1. & ibi Fæly. de fid. instrum.

Hoc tamen scias; instrumentum,
18 scilicet † partim latino, & partim vulgari sermone confectū non valere dicit Amanell. in Sing. suo 54. ex disposit. Auct. vt præponatur nom. Imper. circa med.

19 Quid modò si diuersę † tabellionum manus reperiantur, vt putà si vnus scribat, alter verò de mandato ipsius subscribat, an tunc de falso redarguatur, vide ea quæ notantur in c. inter dilectos de fid. instru. ad hoc facit text. in l. Trebatius, §. fin. ff. d̄ test. milit. videas Bal. in c. si autem num 5. de controuers Inuest. in vsib. Fæud. quē ad hoc allegaui superius in Capit. duodecimo.

Præterea vigesimumprimū Caput, de quo aliàs dixi, prourq; sic de vigesimosecundo tetigi in prima parte, de erroríb. notarij corrigēdis, vigesimumq; tertium capio.

Editio Instrumentorum, quibus fienda sit, quouè iure Notarius ad illorum editionem compellatur, & in Cap. seq. Cap. XXIV.

SVMMARIVM.

1 Notarius, Instrumentum edere tenetur ei, qui illum rogatum fecit, vel eius procuratori, vel hæredi vniuersali, siue successori singulari.

2 Legatarijs, an Notarius tenorem testamenti nuncupatiui edere teneatur, & an ante publicationem ab eis quidquam exigere valeat.

3 Notarius, tenetur debiti instrumentum traddere creditori agere volenti contra debitorem, non tamen debitori illud edere cogitur.

4 Notarius, an edere cogatur testamentum interesse prætendenti, esto quod asserat se à testatore in mandatis habuisse, ne illud cuiquam ostendat.

5 Instrumentum quietationis, an debitori quietato, vel debitori quietanti, notarius edere teneatur.

6 Creditor, eodem satisfacto, an debiti instrumentum debitori quietato traddere teneatur.

7 Debitor, instrumentum debiti, à creditore exigens, quietatus ipso iure censetur.

8 Periculum, quò magis imminet, eò magis cautius est agendum.

9 Notarius, an et quando Fisco Instrumenta edere teneatur.

10 Notarius, instrumenta debitoris exhibere tenetur, creditori misso in tenuta bonorum, vel in bonis debitoris hippotecam habenti.

11 Notarius, cogitur edere instrumentum, in quo circa bonorum distributionem discutiatur.

12 Notarius, à quo instrumenti editio petatur, asserens se non recordari, de rogitu, an à testibus conuictus, de falso teneatur.

13 Notarius, rogatus non præsumitur, vbi per rimationē prothocollorum de rogitu non liqueat.

14 Notarius, negans se interfuisse, an compelli possit ad instrumenti publicam editionem.
Et quid si dicat se rogatum fuisse, tanquam amicum, non verò tanquam notarium, vide ibi.

15 Notarius, qui filium notarium absentem destinauit, an ad librorum, et actorum filij editionem cogi possit.

16 Notarij hæres, vel successor, instrumenta, vel prothocolla, partib. edere tenetur.

17 Notarius, substituto pupillari, non solum substitutionis, sed et etiam Institutionis particulam in testamento dare debet.

18 Instrumentum, de falso redarguere volenti, notarius edere tenetur.

19 Notarius quo iure, ad instrumentorum editionem compellatur.

Et

Et pro corroboratione p̄sētis capituli, dico no
1 tarium, † instrumentum, de quo rogatus fuit eidē teneri edere, qui de eo illum rogatum fecit, vel eius procuratori, vel hæredi vniuersali, siue successori singulari Bald. Ang. & Paul. de Castr. in l. si quis ex argentarijs §. pertinere ff. de eden. & quod semel tantum ad illius editionē cogi possit tradunt Doct. & præcipuè Ioannes de Prat. in l. veluti §. hæc vox ff. eod. tit.

2 Item tenetur† legatarijs ostēdere tenorem testamenti nuncupatiui, de quo rogatus sit, & ipsum publicare eis volentib: nec eos ad aliquam solutionē pro publicatione cogere potest antequam tenorem testamenti, prospexerint sic Paul. de Castr. in l. 1. C. quemad. test. aper.

3 Item tenetur † creditori volenti agere cōtra debitorē, debiti instrumentū tradere Bart. in l. Aristo in fin. ff. de iur. delib. secus verò debitori, qa nō tenetur glos. & Doct. in l. prætor ff. de eden. & Alex. in l. fullo §. qui tabulas ff. de furt.

4 Item cogitur † notarius testamentum interesse prætendenti ostendere, & si dicat, se à testatore in mandatis habuisse, ne alicui illud ostendat, nisi tamen de mandato constet, quia tunc cogi non potest, Angel. post Bart. in l. 2. § si dubitetur ff. Quemad. test. aper.

5 Item tenetur† debitori quietato, nō autem creditori quietāti, instrumentum quietationis reddere Bart. in l. instrumēta in fin. C. de fideicom. Paul. de Castr. in l. prætor ait §. 1. in fin. ff. de eden. vbi plenè Alex. cui pariter debitori, instrumentū debiti, si solutum sit, tradere tenetur, Alex. d. §. qui tabulas, & in l. dissolutè C. de condict. ex lege, quod quidem pari

6 ter instrumentum † solutionis seu quietationis creditori tradere tenetur, eodem satisfacto ex quo debitum præcessisse ꝓbatur Bald. in in l. plures C. de fid. instr.

Hoc tamen Baldi dictum, simpliciter sic non est intelligendum quia sat est, quod creditor suā habeat solutionem; quoniam sicuti priuatio præsupponit habitum l. manumissiones ff. de iust. & iur. sic & solutio, debitū & obligationem extinguit, datò etiam, quod instrumentum crediti non cassetur, siue debitori non restituatur l. nihil interest C. de solut.

Sed ne tanti viri doctrina euanescat, dicas, quod aut solutio cōtinet causam antecedentis debiti,

biti,& tunc,cùm ad illud relatio habeatur, non procedere Baldi dictum puto,ex d.l.nihil interest, aut solutio causa caret,& eo casu procedere illius dictum arbitror, quoniam soluens absq; causa, posset solutũ cõditione indebiti repetere, ꝙ omnino eidem prohiberetur, quoties à creditore debiti instrumentum debitori tradditũ fuisset,quandoquidem, credi-
7 tore † instrumentũ debiti,reddente debitori, eundem debitorem quietare videatur,secũdum Doct.in l.2.ff de pact.nisi tamen aliam instrumentum illud contineret vtilitatem, vt ibidem dicit Bart.quod tamen licet hoc vltimo loco emissum verum dici posset, aliquid tamen suspicionis in se retinet, non ratione essentiæ rei, sed debitoris causa,quia fingamus creditorem, crediti instrumentũ fortuitò ammittere, quodquè ad manus debitoris perueniat poterit tunc cautelosè debitor Instrumẽtum illud lacerare,& creditũ petenti, obijcere đ solutione, ex quo penes se reperiatur debiti illius instrumẽtum, creditorem super inde deludendo. Tutius igitur agendo pro maiori,&creditoris, & debitoris cautione illud fiẽdum esset, vel creditore Instrumentum debiti, debitori traddente,quod eo casu fiat cõfessio per debitorem se à creditore debiti Instrumentum recepisse, quo casu tacitam solutionis causam cõtinet,vt Doct. in allegata l. 2. ff.de pact. vel medio Instrumentariæ, siue chirographariæ confessionis debitum illud extinguat,vt dubium illud tollatur,quoniam,
8 quò † magis periculum imminet, eò magis cautius agẽdum est,Instit.de Adopt. in princip. §.item non aliter tit.eod.l. lex quæ tutores C. de administr. tut.cum simil.

9 Item cogitur † Fisco edere instrumenta,casu quo bona alicuius conficentur,ad hoc, vt videatur si in eis aliqđ instrumentum ad eum pertinens reperiatur Bart.in l.facultas C.đ iur.fisc.libr. 10.

10 Item notarius tenetur † exhibere instrumẽta debitoris, creditori misso intenuta bonorũ, vel habenti hippothecam in bonis debitoris Bart.in l.fin.ff. de bon.Auct.iud.possid. & in l. si quis ex argentarijs §.pertinere ff.de eden.

11 Item cogitur † edere instrumentum debiti, de quo fit discussio quoties fit bonorum distributio Bart. in l. fin. ff. ad l. Falcid.

An

12 An verò † notarius à quo petitur instrumentum edi, dicens se non recordari, an de eo fuerit rogatus, & testibus conuincatur teneatur de falso? dicas, quod sic si rogitus de propinquo factus fuit, aliàs excusatur secundum Io. Andr. ad Spec. §. instrumentum, circa princip. d. tit. de instr. edit. quo casu prothocolla edere cogitur, vt per rimationem prothocollorum
13 de rogitu liqueat, nec † constito ex prothocollis, de rogitu rogatus non præsumitur, nisi vt dictum est, plenè per testes probetur Bald. in l. fin. col. penul. C. de eden. & Fælyn. in c. accepimus in fin. de fid. instr.
14 An autem † notarius negans se interfuisse, compelli possit ad instrumenti redditionem in publicam formam, dic quod non, nisi probetur, quod rogatus interfuerit, si verò se interfuisse fateatur, non tamen fuisse rogatus, vel si fuit rogatus fuit tamquã amicus, nõ tãquã notarius, dicas tunc instrumentum illud publicum dici non posse per text. in l. scripturas C. qui pot. in pignor. hab. quo casu notarius omnino negans se rogatũ fuisse, tunc de rogitu probandum est. Hoc tamẽ verum est, quod inter partes præsumitur rogatus, quia aliàs non præsumitur scripsisse, licet Innoc. teneat cõtrarium, quoniam consuetudo se habet, vt notarius non scribat nisi rogatus, ideo factum consuetũ præsumitur l. fin. C. de fideicom. & quãdo apparet scriptura alieq; solemnitates adsunt, notarius præsumitur rogatus, secus si aliæ desunt solemnitates, vt cauetur ex d. l. scripturas, & vt dicit Bal. in rub. C. de fid. instr. col. 3.
15 Item Pater † qui filium notarium absentem alicui officio destinauit, ad editionem librorum, & actorum cogi potest l. prætor §. 1. & ibi Alex. post Paul. de Castr. ff. de eden.
16 Item notarij † hæres, vel successor, instrumenta, vel ꝓthocolla partib. edere tenetur l. q̃dam §. nihil, & ibi Bart. ff. de eden. prout pariter eadem singulari successori edere cogitur, vt dicit Bal. in l. instrumenta C. de fideicom.
17 Item † notarius, substituto pupillari, particulam testamenti petenti, non solum substitutionis, sed & etiam institutionis particulam, dare debet Bart. in l. vt bonorum ff. de bon. poss. secund. tab.
18 Item tenetur † notarius de falso accusandus edere instrumẽtum cuilibet illud de falso

redar-

redarguere volenti, secũdum Bal.&Alex.in l.nec quisquam ff.de eden.

19 Notarius autem † quo iure compellatur ad instrumentorum editionem,& dicas, quod si tertius petat, tunc per actionem in factum cogitur, vt Doctor.volunt in d. l. quædam in princ.ff.de eden.aliàs, cogitur per actionem ad exhibendum vt edat instrumentum, vel per rei vendicationem si instrumẽtum sit petentis, & quod iam notario solutum sit, Bal.in l.penul.C.queãd.test.aper.idẽ Bal. autem diuersimodè, quandoq; scilicet officio iudicis, quãdoq; actione in factum, quę ex equitatè datur, quandoq; rei vendicatione, vt dictum est. quãdoq; actione ex eo contractu, & quandoq; actione mandati editionem fieri debere asserit in rubr.ad Spec.tit.de instr. edit.

Editio Instrumentorum, an cum die, & Consule per Notarium fienda sit, quid verò circa illorum editionem, in quibus casibus, quo tempore, qua forma, vti debeat, et an totalis editio, vel particula Instrumenti fieri debeat, huiusmodi Caput tibi demonstrat. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *EDitio regulariter sine die, et consule fieri debet. Quod tamen, multipliciter fallit, vt ibi.*
2 *Editio sine die, et consule facta, fundat, siue actoris intentionem adiuuat.*
3 *Instrumentorum alienorum editio, an et quando sine die, et consule fieri debeat.*
4 *Instrumentorum editio, quomodo sit fienda, remissiuè.*
5 *Editio, in quibus casibus, quo tempore, qua forma, et quando necessaria sit, remissiuè.*
6 *Hæres defuncti notarij, instrumentum, cum die, et consule edere tenetur.*
7 *Particulam Instrumenti, si de eadem controuertatur, an solam, vel totum Instrumenti corpus, notarius edere teneatur.*
8 *Inuentarij Instrumentum, quoties aliqua in parte de falso redarguatur, non integraliter, sed particulatim edendum est.*
9 *L. in ciuile ff. de legibus, Doctorum adminiculo declaratur & sub nu. 14.*

10 *Testa-*

10 *Testamenti particula, tantummodo legatarijs, edenda est.*
11 *Editio Instrumenti, integraliter Iudici fieri debet.*
12 *Editionem Instrumenti, pars petens, eo casu particulam illius, interesse partis respicientem solummodo, notarius edere tenetur.*
13 *Capitulorum editio, quando totalis fieri debeat.*
14 *Intellectus ad l. inciuile ff. de legibus affertur.*

1 Regulariter † namquè editio fieri debet, sine die, & consule l. 1. §. editiones ff. de eden. quod tamen procedit, quoties veritas aliter haberi possit, vel nisi pars contrarium probare se offerat glos. & Doct. & præcipuè Bart. in l. 2 §. diem ff. quē ad. test. aper. & Bal. in l. 3. C. tit. eodem, licet Cōsul in foro nostro Papiensi hodierna die de consuetudine omittatur in ijs, in quibus de iure aliàs ponendus erat.

Secundo fallit prædicta conclusio, in actis, quæ siue iuditialia, siue extraiuditialia sint, vt tutela, cura, & decretum iudicis, cum die & consule edi debēt, Innoc. in c. 1. & ibi Abb. de pbat. Bald. in Margar. verb. acta vers. fin. & in rubr. C. de fid. instru. col. 2. & in l. 2. C. de eden. Bart. in l. 1. §. 1 ff. eod. tit.

Tertio fallit in instrumento mādati, extra iuditium etiam facti, vt tenet Innoc. in d. c. 1. de probat. & Archid. in c. 1. de pcurat. in 6. Bart. & ibi Bald. & Angel. in l. extra ff. de eden.

Quarto fallit, quoties partis interest, propter monetę mutationē secundum Alex. post Angel. in d. l. 1. §. editiones ff. de eden.

Quinto fallit, quoties quis certo in termino soluere promissit, quo casu non possit constare, de die solutionis, nisi fiat editio cum die instrumenti, vt volunt Doct. & ibi Alex. in d. §. editiones.

Sexto fallit in editione testamenti, quæ cum die, & consule fieri debet hæredi scripto, & legatarijs, non autem exheredato seu illegitimis, nisi de mandato iudicis Bal. l. penult. C. quē test. aper.

2 Vnde editio † sine die, & consule facta, fundat, siue adiuuat actoris intentionem in casibus à iure ad id permissis Alexan. post Cyn. & Guil. de Cum. in d. l. 1. §. 1. ff. de eden.

3 Numquid verò † instrumentorum alienorum editio, sine die, & consule fieri debeat, dic quod sic, nisi tamen pars illa đ falso redarguere vellet, vt voluit Bart. in d. l. 1. §. 1. ff. đ edē. quod tamen procedere dicit

ibid.Bar .vbi tali, illud de falso redarguere volenti deferatur iuramentum credulitatis, scilicet se credere posse instrumē tum illud circa diē,&cōsulem, de falso redarguere, quo casu is, se ad pœnam tallionis subscribere debet, nec aliter editionem fieri debere sic eò loci Bart. significat, & ibi Alex. videas omnino Spec.in §.nunc videndum vers. facienda tit. đ instr.edit.nec spernas,ea quę scribit Bal. in l. cum quidam 3.& 4. notab. C. de fideicom. quamuis de consuetudine, volens instrumentum redarguere de falso,hodie non teneatur ad allegatam tallionis subscriptionem,poterit tamen is, per iudicem de calumnia suspicantem ad pœnā extraordinariā, se subscribēdū cogi Spec.in d. §.nunc videndum vers.facienda,de instr.edit.& Alex. in l 1. §.1.ff. de eden.

Et quoties pariter,quis suam,non autem alienam velit prosequi iniuriam, vt singulariter dicit Bar.in l.tutor, qui repertoriū in princip.ff. de administr. tut. & Alex.post Paul.de Castr. in d.l.1.§.1.ff.de eden.

4 Quomodo † autem instrumentorū editio fiat,vide Spec. in §.5.&ibi plenè d.tit.de instr. edit.necnon & in §.7.vers. 14. deposit.

5 Sed quando † quibus casibus, quo tempore, qua forma, & quando editio necessaria non sit; ad saturitatem videas Fæly.in c.1.col.4.circa fin. 6.not. cum plurib. seq.de probat. vide de quæ adducit in proposito Bald.in l. 2. C. vt lit. pendent. & in l.2.C. de eden.

Ad tollendam autem difficultatem notarium consulo, vt instrumentorū illius editionē cū die faciat, quod pariter nota-

6 rij † hæres adimplere tenetur, vt dixerunt Ang.& Alex. in d.l.1.§.1.sępius allegato tit. ff.de eden.

7 Quæro nunc † an editio tantummodo instrumenti particulæ, de qua quæstio controuertatur sufficiat, an totum instrumentum edi debeat Doct. & præsertim Bart.& Bal.in l. fin. C.de præcib.Imper.offeren.& in l, 2.C. quem test. aper.l. argentarius §.1.& ibi Bart. ff. de eden dicunt sufficere editionē particulę tantum, quæ ad rem pertineat,quę tamen fidem eo casu nō facere tradit idem Bar. in l.1 §.fin. ff. eōd. quem circa hoc videas in rubr. ff. de oper. nunt.

Quod tamen fallit,quoties instrumentum, quis de falso redarguere vellet, quo casu non de parti-

particula tantum, sed de toto est fienda editio secundũ Abb. in c.cum contingat de fide instr.in Marg.in verb.instrumentum.quod autem nõ procedit,
8 in † instrumento inuentarij, quod & si falsum allegatur, totum tamen edi non debet, vt dicit Bart.in l.tutor, qui repertorium vers. nihil ff. de administr.tut. Ang in l. 1 ff.de alim. pup.præstan & ibi Bal. non ob id tamen effugias, ea quæ docet Alexan. in d. l. 1. §. 1.ff.de eden.

Contra prædictam conclusionem videtur obstare tex in l. inciuile ff.de legibus, q[ui]æ totius statuti corpus nõ autem illius partis editionem fieri iubet, ad cu
9 ius † tamen intellectum præter Bart.in rub ff de nou.oper. nunt. vide quæ scribunt Dec. Salyc. & Bal. in l. ex conuentione C.de pact. Aret. in cons. 68. & Roman. in cons. 305.

Qua de re adiumento distinctionum à Bart.tradditarũ in allegata l. argentarius §. edi autem, & tu secum dicas, quod quandoque offitialis publicus alicui scripturas tamquam ad eũ pertinentes traddit, & tũc particulã edere potest, prout
10 idem † de consuetudine, videmus fieri de particula restamẽti, quæ legatarijs sufficit, qui vlterius quidquam præter legatum habere non debent per tex.in d.l.fin.C.de precib. Imperat. offeren.

Quandoq; verò, quis edit scripturas ad probationem iuris sui, & subdistinguas, quandam esse editionem, quæ fit iudici, &
11 hæc † integraliter, & tota fienda est, quoniam secus non valet l. 1. §. penult. ff. de eden. & per text.in d.l. inciuile, quædã verò est editio, quę fit parti, &
12 tunc † illud capitulum, ad propositum, tam pro se, quam contra se pertinens, edere sufficit d.c.cum contingat, vbi Doct. de fid.instr.

13 Iterum dinstinguas, qđ aut † capitula instrumenti, separata reperiuntur, aut non, primo casu particulatim edi posse, secũdo verò casu, æditionem integraliter fieri debere dici gl.in c.Ecclesia, la 2. de elect. & qđ idem innuere videtur Bart. in d.§.edi Bal.in l.si ex falsi, col. vlt.C.de transact. Spec. & ibi Bal.in §. 4. quid si aliquod instrumentum, de instr.edit.glo. & Doct.in l.etiam §. 1.ff de minor.Petrus de Sun.in l. si veteris C.de fid. instr. Laufranc.in c.quoniam contra, vers.instrumenta col. 23. de probat. nec omittas, ea quæ omnino sunt videnda, ex Bart. in d. l. si ex

falsis prope fin. & ibi Doctor. quidquid in contrarium sensevit Paul.de Castr.in consf.138. vide Doct. in c. fraternitatis, de hæret.& Corn. in cons. 61. incip.visa,in littera I, lib.3.

14 Nec obstat † d.l. inciuile, quę loquitur de statutis,quæ vti cō munia vniuersæ ciuitati, tota exhibenda sunt, secus in alijs instrumentis, prout Bart. eadem lege significat.

Notarius, an omnibus, pluriesq; instrumenta edere teneatur, & illa non edens, quo modo cogi possit. *Cap. XXVI.*

SVMMARIVM.

1 *Notarius, cuilibet interesse prætendenti, Instrumenta edere tenetur. Quod tamen fallit contra Fiscum, vt ibi.*
2 *Tertius, editionem Instrumentorum à notario petens, illum de interesse, etiam iuramenti medio edocere oportet.*
3 *Notarius, non tenetur instrumentum edere parti non prætendenti interesse, quo casu, tua non interest excipere poterit.*
4 *Notarius, an & quando ex noua causa, sæpius Instrumentum copiare, partiq; traddere possit.*
5 *Notario, reddito parti instrumento, quod pars amisisse asserat, carenti protbocollo, à parteq; vexato, circa illius editionem, quomodo suffragetur.*
6 *Actorum editionem à parte sumptibus suis desumptam amissis originalibus, competentiq; mercede recepta, pars ipsa tenetur.*
7 *Notarius, existenti protbocollo, ex eodem copiam sumere, eamq; parti traddere quandocumq; poterit.*
8 *Actorum editio, quando fieri dicatur.*
9 *Actorum notarius, toties, & quoties requisitus fuerit, ad illorum editionem tenetur.*
10 *Editio, iudicis officio, & cum causa fienda est, & sub nu. 12.*
11 *Notarius, circa instrumentorum editionem, iudicis iussum spernens, contra eum, actionem in factum dari patitur.*
12 *Editio ad hoc vt fiat, datur iudicis officium contra notarium, & eius hæredem, atq; singularem successorem.*
13 *Iudex, editionem parti fiendam denegans, vti grauans partem, versus illam ad interesse tenetur.*
14 *Notarius instrumentum defectuosum edens, quando parti ad interesse teneatur.*
15 *Editio ad hoc vt fiat, an summariè sit procedendum.*

16 No-

16 *Notario, instrumenta edenti, competens merces soluenda est.*
17 *Oratio prolixa confusionem inducit, animisq; auditorum tædium generat.*

VIdendum nunc est, an notarius omnib', & pluries teneatur instrumentum traddere, & quomodo ad instrumentorũ vsu-pra editionem cogi possit.

Quoad primum Bart. in l. 1. §. editiones ff. de eden. indistinctè † tenet cuilibet prætendenti interesse fiẽdam esse editionem per text. in l. is apud quem C. de eden. & per l. infraudem §. neque instrumenta ff. de iur. fisci vbi speciale in fisco reperitur, ne contra eum edantur acta, contra verò quemlibet alium tutò edi posse determinatur, vide quæ tradit Angel. in cons. 164 facit quod habetur ex l. instrumenta, & ibi Bart. C. de fideicom. necnon vide Bald. in rubr. C. de fid. instr. col. 2.

2 Attamen verum est, quod † vbi editio petatur à tertio prætendenti interesse, iuramento, interesse illud probari debet Angel. & Io. Petr. de Perus. in l. prætor ff. de eden. vide Abb. in c. 1. de probat. quò loci ijs, quibus non interest non debere fieri editionem apertè de-
3 monstrat ideoq; † notarius poterit contra petentem instrumenti editionem opponere exceptionem, tua non interest Bart. in l. 1. §. si penes ff. de tab. exhib. & Bald. in l. fin. C. de eden.

4 Quoad secũdum dico, quod † sæpius ex noua tamẽ causa instrumentum copiari illudquè parti traddi posse Bart. in l. fin. ff. de bon. auct. iud. possid. vbi tamen pars petẽs editionẽ, iuret, se copiam iam datam amisisse, neç per calũniã petere.

5 Si verò notarius, reddito parti instrumento, ꝙ pars ammisisse asserat, denuo illud reficere, vexetur, careatq; originali aduertat id fieri nõ posse, nisi de iudicis præcepto, & parte citata vt dicit Bart. in l. si quis ex argentarijs §. nec iterum ff. de eden. vide Spec. in §. postquã vers. sed numquid casu, & vers. pone ergo de instr. ẽdit quo fit
6 vt editio † actorum, quæ pars eiusdem sumptibus redemit, fieri debeat recepta competẽti mercede quoties originalia sint deperdita, Bal. in Margar. in verb. acta vers. pen. & Bart. in l. fin. C. de eden. vbi dicit reũ cogi edere actori instrumentũ etiam sumptibus suis recollectum, vide quę dicit Innoc. in c. 1. de probat.

Vbi

7 Vbi verò † prothocollũ existat; quandocunq; copiam ex abbreuiatura assumere potest, eamq; parti tradere, iuxta ea quæ allegauit Bart. d. l.fin. ff. de bonor. auct.iud possid. &
8 ideo editio † actorum fieri dicitur, quoties datur instrumentorum copia, non autem originalia, quæ apud notariũ remanere debent Alex in l. eos §.super, & ibi gl.& Bar. C. de adopt.c.cum personæ de priuileg.in 6.& in c. quoniam contra de probat.

9 Sicuti pariter † notarius actorum toties, & quoties fuerit requisitus ad illorum editionẽ tenetur Paul.deCast.in l.veluti §.hæc vox ff. de eden. & hoc cũm die, & Cõsule, & siue acta sint ciuilia siue criminalia, Doctor.& ibi Bald.l. 2.C. eod.tit. quod tamen intelligas interueniente iudicis mandato, vt dicit Petr de Sun. in l. præcipimus C.de appellat.prętermissis ijs, q̃ ibid.Doct.adducũt, & enucleant in d.l. 2. C de eden.

Ad tertium autem, quomodo
10 editio fiat, & dicas editionẽ † officio iudicis fieri, & cum causa Bal.in l. 1.col. 1.& in l. 2. C. tit.mox allegato Doct.in l. 1.§. officio ff.de tut.& rat.distr. qua
11 re si † iudici non paretur, actio datur in factum Bart.in l. si qs §.ex hoc edicto, & in l. quædã ff. sæpius allegat. tit.de eden.
12 Qua de re, vt editio † fiat, datur iudicis officium contra notarium, & eius hæredem, atq; singularem successorem Bal. in l.instrumenta C.de fideiuss. Ideoq; iudex, èditionem fieri mandare potest, cũ præcepto, quod nisi instrumentum edendum edatur, illud uires nõ habeat pro non edente, & quod eo vti non possit Bart.& Alex. in l. 1. §. edenda ff. de eden. & in l. 2.C.eod. tit.

13 Editionem † autem fiendam denegans iudex, partem grauare dicitur, vt egregiè dicit Innoc. in c.interposita de appellat quo fit, vt eo casu contra iudicem editionem denegãtem, ad interesse agi possit d. l. argẽtarius §.fin.ff.de eden. sicuti etiam contra patrem, filij instrumenta exhibere recusantem, id fieri non prohibetur ex l. 3. ff.de tab.exhib.

14 Notarius autem † instrumentum edens defectiuum tenetur ad interesse, illudq; iterũ perfectum edere cogi potest, Bal. in l.fin.col. 1. C. de eden. qđ tamen nisi iudicis auctoritate interueniente fieri nequit idẽ Bal.in tract.de tabel.quęst. 11. & Bart.d.l.fin.ff.de tab. exhib. & in d.l. si quis §. nec iterũ ff. đ eden. an

15 an autē editio † ad hoc vt fiat, summariè sit procedendum vide Bal. in l. 1. in fin. C. d eden. necnō & Bart. in l. procurator ff. eodem tit. vbi dicit omnium actorum, vel instrumentorum copiā, sine causæ cognitione, esse fiendam, quod tamen medio distinctionum per me deductarum, vt supra intelligas.

Quę omnia circa instrumentorū editionem, siue voluntariam, siue coactam procedere intel-
16 ligas, dummodo † competens, & debita notario soluatur merces, tam ratione prothocolli, quam traditionis instrumenti in publicam formam, iuxta ea quæ traduntur per Doct. in d. l argentarius, & ibi Bart. ff. de eden. & vt habetur in prima parte Cap. 41.

Multos quidem recensere possē casus, in quibus notarius cogitur, & alios quos coactè non tenetur edere instrumēta, quæ breuitatis causa prætereo, cū
17 prolixa † oratio confusionem inducat, animisq; auditorū tędiū generet §. sanè in procem. Decret. cum cæteris adductis, per Spec. in §. nunc de exordijs vers. Itē abstineat à superfluis tit. de aduocato.

Nocturno tempore, Instrumenta quanam Notarius facere possit, in occultoq; hæc eadem conficiens, maximam eo casu in eo suspicionem redargui. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 Noctem, diei appellatione contineri.
2 Nox dicitur sero, quando tenebris factis, vix cognosci potest.
3 Nox mane dicitur, quando Aurora clarescere incipit.
4 Nox dicitur esse, quando Sol radijs terram non coruscat.
5 Nox, priuatio lucis dicitur.
6 Nox, & dies, medium habere dicuntur.
7 Instrumentum de nocte confectum, si de die celebratum asserat notarius, numquid de falso redargui possit.
8 Dies, in instrumento confecto de nocte appositus, quomodo de praecedenti, vel subsequenti die intelligatur.
9 Noctis horam ignorante notario, qualiter ei succurratur.
10 Nocturno Tempore, Notarium, contractus, & testamenta conficere posse nulli dubium est.

11 Testium

11 *Testium examinatio noctis tempore permittitur.*
12 *Sententia diffinitiua, nocturno tempore, an & quando ferri possit.*
13 *Suspicio, quando circa instrumentorum nocturno tempore confectionem adesse possit.*
14 *Noctis tempore, testamentorum Instrumenta, indistinctè notarius conficere valet.*
15 *Luminaria, in contractibus nocturno tempoce celebratis, quare requirantur.*
16 *Occultum, quidquam quomodo distinctim consideretur.*
17 *Palàm, vel apertè, quod fit verum, occultè autem si quid fiat, simulatum præsumitur.*
18 *Palàm, quidquam fieri, quando dicatur.*
19 *Suspicio, quid sit.*
20 *Occultè, quæ fiunt, inductiua fraudis dicuntur esse.*
21 *Instrumentum in loco occulto confectum, licet suspectum, non tamen falsum dici potest, nisi falsum probetur.*
22 *Notarius, aliquo defectu laborans, neq; partibus illum patefaciens, ante rogitum, numquid Instrumentum ab eodem confectum, valeat, remissiuè.*

EX vigesimo igitur quarto in ipsa Cõstitutione capitulo constituto, Imperatoris iussus oritur, ne d̃ nocte, nisi ex vrgenti de causa, in locis ue occultis, siue clam, instrumẽta rogare audeat notarius, cum id suspicione non careat.

1 Quò circa scias, quod licet † nox veniat appellatione diei secundum Bal. in auth. hodie C. de appellat. & Alex. in l. aut facta, & in l. tempus ff de pęnis
2 attamen nox † dicitur serò, qñ tenebris factis vix cognosci potest c. si quis perfodiẽs, de furt. & Angel. in l. 1. C. de Custod. reo.
3 Nox pariter † mane dicitur, quãdo aer idest aurora clarescere incipit Bart. in l. Titius §. Lucius ff. de lib. & posth. Paul. de Castr. & ibi Alex. in l. more ff. de fer. Fælyn. in c. consuluit circa fin. 3. col. de offic. delegat.
4 Vnde nox † dicitur esse, quã do Sol non est super terram l. hæc verba ff. de verb. signific. Bart. in l. 2. §. hoc Senatus ff. ad Syllan. Bald. in §. cordi, in prima Cod. constitutione, nec non & Barthol. Cæpol. in l. 2. §. fin. ff. de verb. signific. & ideo
5 nox † priuatio lucis esse dicitur vt habetur ex d. c. consuluit, & Angel. Aret. in tract. malefit. vers. de nocte.
6 Quandoq; tamen † inter diẽ & noctem medium datur, vt videre est ex Bal. in l. 2. C. qb. res

res iud.non.noc.& Alex.in d. l.more ff.de fer. quo casu quan doq; noctem appellatione diei contineri dixit Bald. allegata auth.hodie C de appellat. mirum igitur nō est si instrumen
7 tum † de nocte cōfectū, in quo notarius illud de die celebratum fuisse enunciat falsi vitio careat, secūdum Innoc in d.c. consuluit de offic.deleg. Bal.in l.non minorem in princip.C. de transact.& Fælyn.in c 1.de fid.instr. Idcirco Innoc. in d.c. consuluit dixit diem in instrumento etiam de nocte confecto poni debere, quod idem sequitur Bal.in l.fin.C.de his qui bus, vt indign. cuius rei gratia videas glos.& ibi Bal.in l.scripturas C.qui pot.in pign. hab. & Bart. in l. repetitia ff. de fid. instr. quod tamen distinctim
8 procedere dicas, scilicet, qn̄ † instrumentum conficitur ante mediam noctem, tunc de die præcedenti fieri debet mentio si verò celebratum sit instrumētum post mediam noctem, tunc dies subsequens est apponendus, vt dicit Io. de Imol. in c. 1.vt Eccles.benefit. Barthol. Cæpol.in l. 2 § fin.ff.de verb.signific.Bal.& Alex. in d. l. more ff. de fer. & ibi subdit Alex.
9 quod † notario ignorante horam noctis, dicat actū, tali modo inter proximum præcedentem, & subsequentem diem, q̄ pariter adducit Angel. in l. 1. ff. de manumiss. atquè videas Francisc.de Aret.in l.Pantoni § rei ff.de acquir. hæred.

10 Quò fit † igitur, vt notarius, contractus, & testamenta conficere posse de nocte, prohibit' non caueatur tex. habemus in d.l.minorem, & in l. ad testiū ff. de testament. quo pariter
11 tempore † testium examinatio conceditur secundum Inn. in d.c.consuluit, & Bal. in Margar.in ver.testis, col. 8. non tamen debiti solutio fieri potest nocturno tempore creditori inuito l. si soluturus ff. de solu.
12 Sicuti nec † sententia diffinitiua, noctis tempore ferri potest §.sedebunt Auct.de iud.

Quod tamē limitatur multis modis, & Primo in casibus in q̄b. potest ipsa sententia á iudice præcedente ferri Fælyn. in d. c.consuluit col. 6.si offic.deleg.

Secundo, quando cōsuetudo adest, vt de nocte ferri possit, veluti in curia Romana Paul. de Castr.in d.l. more Romano ff. de fer.

Tertio in interlocutoria vim diffinitiuæ non habenti.

Quarto in eo, qui iudex delegatus reperitur esse Innoc.in d.c. consuluit vlt.col. in glos. & in

verbo gratiam de offic. deleg. & Bal. in Margar. in verb. teſtis col.7.

Quinto in arbitro, qui habeat auctoritatem, de iure, & de facto procedendi, Paul. de Caſtr. in d.l. more, cui addas Bald. in l. eos §. fin. autem C. de appell. hoc caſu differenter cõſtituentem, inter ſententiam arbitri, & arbitratoris, vt ſcilicet, primo caſu valeat, ſecundo verò non.

Sexto, quando res peritura eſſet, vel iuriſdictio expiraret, aliaq; neceſſitas imminens vrgeret Bal. in d.l. nõ minorem, & idẽ in l. caſus C. de teſt. Bart. in d. l. more in fin.

Septimo, quoties partium conſenſus interueniat Innoc. ſæpius allegato c. conſuluit.

Octauo, quando inſtantia, illa die eſſet peritura Bal. in §. itaquè col. vlt. verſ. deinde vide in 1. ffff. conſtitutione.

Nono, quoties iudex eſſet impeditus multitudine cauſarum, vt dicit Bal. loco proximè ſupra citato, & Barb. in rubr. de fid. inſtr. col. 14. necnon & Corn. in conſ. 54. incip. videtur in littera C, & R, lib. 2.

Ad rem igitur redeundo, quãuis dictum ſit notarium, poſſe tem-
13 pore† nocturno contractus, & vltimas voluntates per inſtrumenta conficere, Imperator tamen id non ſine ſuſpicione fieri poſſe dicit, quod idem ſentire videntur Iaſ. in d. l. more Romano num. 20. verſ. aduertè tamen ff. de fer. necnon & Dec. in d. c. conſuluit num. 45. de offic. deleg.

Contrarium verò ſentit D. meus Polydorus Ripa in Tract. de Noctur. Temp. de contractib. Cap. 113. num. 3. circa mediũ, vbi commmunem obſeruantiam, opinioni contrariæ adherentium, repugnare concludit.

Ad quorum tamen omnium intellectualem ſensũ, ſic Author ipſe diſtinguit, ex quo igitur contractus, in duplici differentia conſtituti dicũtur eſſe, alij ſcilicet de genere, ſuſpectorũ, & alij de genere non ſuſpectorum, primæ itaq; claſſis contractus, omnino ſuſpicionem præſeferunt, ſi extra neceſſitatis cauſam, nocturno tempore celebrentur, ſecundæ autem claſſis de non genere ſuſpectorum, omnino ſuſpicione carere dicit, auctoritate Ioan. de Selua in Tract. de benefit. par. 3. quæſt. 17. num. 4. verſ. & pro iſta parte, necnon & Fælyn. in d. cap. conſuluit num. 20. gloſ. in verb. lucem de offic. deleg.

Sub num. tamen 8. Author antedictus

14 dictus, testamenta † indistinctè nocturno tempore celebrari posse proponit, adducens text. in d.l. ad testium §. signum autem vers. posse, & nocte ff. qui testam. & Mantic de cõiectur. vlt. volunt. lib. 2. tit. 8. cum reliquis, ibid. adductis.

Hoc tamen minimè prætermit-
15 tas, quoslibet † contractus, seu quælibet instrumenta noctis tempore celebrata, tria luminaria desiderare, cùm testes eo tempore partes cognoscere d̄ebeant, & obscuritas ideo, illos id illarum cognitionem impediat l. fin. §. sin autem dubius ff. de iur. deliber. textus est clarus in l. 1. §. tria luminaria ff. d̄ ventr. inspic. & sic in praxi obseruari dicit Aret. in §. omnis col. 4. Inst. de verb. obligat. & de communi, & magis communi Doctorum opinione, docet allegatus D. Ripa loco supra citato sub nu. 14. circa medium, qui cum de contractib. nocturno tempore, exuberanter loquatur, illum igitur videre poteris.

Neq; permittit Imperator, vt notarius, nisi maxima, & vrgenti causa, instrumenta occultè, & clam conficiat, quia tunc nõ modica succedit suspicio. Vn-
16 de scias hoc casu occultũ † illud dici quod secretum, nos appellamus, non ratione voluntatis vt habetur ex c. erubescant 32. distin. c. tua nos de Simon. sed ratione loci, quo casu puniendus est notarius ille, vt dicit Spec. in §. breuiter vers. & nota ꝙ tabellio circa med. tit. de instr. edit. palàm quidem cuicunq; suum impartiatur officium iuxta ea quæ notat Bar. in l in fraudem in princip. ff. de his quibus vt indign. quoniam
17 quod † palã, vel apertè fit verum præsumitur esse, si verò occultè quidq̃ fiat id simulatum præsumi dicit Bal. in l. ab Anastasio C. mand. & Fæly. in d. c. cõsuluit col. 7. de offic. de leg. huic dicto accommodatur text. in l. cum ipse tutor C. de contrahen. empt. & l. palàm ff.
18 de rit. nupt. Palàm enim est † quod fit, vel ab vno dicitur corã pluribus l. palàm ff. de verb. signific. l. hæredes palàm, in princip. ff. de testam. l. non intelligitur ff. de iur. fisc. vide gl. notab. in l. 1. C. de in integr. restit. & in c. biduum §. palàm 2. quæst. 6. Salycet. in l. ea quidẽ 6. quæst. col. 44. C. de accusation. per Fælyn. in c. exceptionem circa fin. de except.

Caueat igitur notarius ab ijs, quę suspicionem inducunt, & quæ
19 suspicio † dicitur, esse passionem animi aliquã conclusionẽ

firmiter non elicientis Bal. in rubr. C. de probat. col. 2. vers. suspicio verò est, & in d. l. ea quidem, col. 1. vers. & primo quid est suspicio C. de accusat. vide remissiuè tamen Faelyn. in c. quanto circa medium col. 1. de praesumpt.

Et sicuti eiusdem notarij officiũ publicum esse dicitur ita etiã illud publicè palàm, non autẽ secretò exercere debet, vt dicit Spec. d. vers. & nota quod
20 tabellio, occultè † etenim, quę fiunt inductiua fraudis dicuntur esse, vt voluit Bal. in l. sicut §. supra vacuum ff. quib. mod. pign. glos. in l cùm à iudice in §. obseruare C. de iur. calum. nihil etenim occultum est, qđ non reueletur, vt inquit Bal. in c. 1. in §. porrò tit. q̃ fuit prim. cau. benef. amitt. adducendo l. si sciente ff. ad l. Pomp. de parric. §. non licet in vers. Deo nõ patiente Auct. de testibus.

Hoc tñ dico quod licet instrumen
21 tum † rogatum per notarium in loco occulto suspicionem inducat, non ob id falsum dici potest, nisi illud falsum probetur secundum Innoc. in c. 1. de fid. instr. & Spec. loco proximè supra recensito, & prout allegaui in prima parte Cap. 33.
22 Sed numquid † Notarius, aliquo defectu laborans, causanteq; ne officium Notariatus exercere valeat, partibus ante rogitum, talem defectũ, nõ patefaciens, rogatus de instrumento, illud validum dici debeat, circa hoc vide Roman. in Singul. 355. nu. 1.

Instrumentorum nonnulla recensentur infirmitates à quibus quò magis fieri potest, Notarius abstinere debet. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *INstrumentum, an reprobetur, ex eo quod testes in eo descripti, se non intellexisse deponant.*
2 *Instrumentum de actu spontaneo loquens, tunc reprobari potest, quoties duo numerarij testes de actu coacto testificentur.*
3 *Instrumentum, sine causa, quatenus ex testibus vires desumat, an per alios testes de reprobatione causae probata, infringi possit.*
4 *Instrumentum, de contractu reprobato factum, ipso iure nullum dicitur esse.*

5 In-

5 *Instrumentum, in quo notarius asserat pecuniam numeratam fuisse, constito de non numerata pecunia, an reprobationis dignum sit.*
6 *Instrumentum aliqua in parte suspectum, an totum suspectum dici debeat.*
7 *Sententia cōtra Instrumentū lata, an illud ipso iure reprobatū esse intelligatur.*
8 *Instrumentum, vel ex testium contradictione, vel ex litterarum comparatione, vacillare dicitur.*
9 *Instrumentum, in quo per verba notarij erratum quidquam reperiatur, quando falsum dici possit.*
10 *Nomina absentium in instrumento apposita, instrumentum illud falsum constituunt.*
11 *Instrumentum falsum præsumitur, vel de falso suspectum esse dicitur debitis solemnitatibus carens.*
12 *Instrumentum in littera noua, sed in charta rasa, vel antiqua scriptum, suspicione m præsefert.*
13 *Instrumentum, à vili persona confectum, an suspicionem inducat.*
14 *Instrumentum mandati, de faso redargutum non admittit procuratorem, etiam cum promissione rati, nisi instrumentum illud verum esse probetur.*
15 *Instrumentum die fæsiata in honorem Dei, celebratum, reprobatur.*
16 *Instrumentum non solemne, & falsum parificantur.*
17 *Instrumentum, suspicione non caret quoties interlineatam subscriptionem, & rasuram contineat.*
18 *Instrumentum falsum dicitur, si in eo omnes, vno tamen eorum deficiente, descripti reperiantur.*
19 *Instrumentum, in quo ab omnibus quidquam, quod tamen à maiori parte factum dicatur, falsi vitio laborat.*
20 *Instrumentum, de cuius simulatione apparet, nihil prodest.*
21 *Instrumentum simulatum, instrumentum esse non dicitur, nec in statuto, appellatione instrumentorum continetur.*
22 *Notarij simplicitas, contractum non annullat.*
23 *Instrumentum in ludo confectum, an valeat.*

NEc opere pretium de cæteris subsequentibus, in allegata Constitutione appositis capitulis verba facere duxi, & quæ circa testamentorum confectionem, versantur, adeoq; illa iuri communi consona, faciliaq; sic quoad regulam, & atq; formam reperio, vt de illis disserere quasi superfluum mihi videatur, & quæ à notario prætereunda non sunt, sed imo ad vnguem obseruāda, siquidem solemnitatibus in eis appositis minimè ꝑ eum seruatis, maxima pæna sit plectēdus vt infra demonstraturus ero.

Sed quoniam quamplurimas in prima huius compendij parte instru-

instrumenti prærogatiuas recensuimus, cõgruum igitur videtur, illius infirmitates, atq; claudicationes recensere, quas infinitum ferè enumerare mihi videretur, nonnullas, tamen principaliter subsistentes recẽsebo, à quib. quo maximè fieri potest notarius abstinere debet.

1 Primo igitur reprobatur† siue corrigitur intrumẽtum ex eo quod, testes in eo descripti, se non intellexisse dicant Bal. in rubr. C. qui admitti, col. 5. vers. & secundum hoc non sufficit, & in l. 1. 13. col. magna, in vers. circa primum punctum eod. tit. Alex. in cons. 179. lib. 2. & videas Card. in clem. 1. in princip. de appellat. necnon & ea quæ per me deducta fuere superius in Cap. 18.

2 Secũdo reprobari† potest instrumentum, lòquens de actu spontaneo, quoties, duo numerarij testes in eo descripti, de actu coacto deponant Bal. in l. obseruare §. ꝓficisci quęst. 13. ff. de offic. proconſ. & legat. & in tract. Scismat. col. 13. Innoc. in c. super hoc de renunt. & Roman. in rubr. de arbitr. colum. 9.

3 Tertio instrumentum, † sine causa, quatenus vires ex testib. desumat, per alios testes circa reprobationem causæ per testes probatæ infringi potest gl. & Bal. in l. generaliter quæst. 8. C. de non. num. pec.

4 Quarto Instrumentum † de contractu reprobato, non valere, imo reprobationis dignũ esse dicit Bal. in l. fin. C. de litig.

5 Quinto, an instrumentum, † in quo notarius pecuniam numeratam fuisse asserat, reprobari potest, probando pecuniã tempore contractus præsentẽ non fuisse Bal. in l. si ex pretio C. si cert. pet. Bart. in l. singularia ff. eod. & in l. si ex cautione C. de non. num. pec.

6 Sexto, quoties instrumentũ † in aliqua parte suspectum redditur tunc non probare dicit text. in c. vt venerabilibus, & ibi glos. de relig. dom. & Alex. in l. diuus §. item Senatus ff. ad l. Corn. de fals.

7 Septimo, reprobatũ videtur† instrumentum in iuditio productum, quoties contra illud sentẽtia feratur c. suborta, vbi Doct. præcipuè Abb. cum glo. de re iud.

8 Octauo, Per cõtradictionẽ† testium, instrumentum, vel ex litterarum cõparatione vacillare dicitur Abb. in cap. cum Ioannes de fid. instr.

9 Nono, instrumentum falsũ † dici non debet, quoties per no

tarinm

tariū verba sit erratum, secundum Innoc. in c. fraternitatis de hæret. sed tunc demū quando notarius falsò de visu, & auditu asserit idem Inno. in c. cū in iure de offic. deleg. & Bal. in Marg. in verbo instrumentum vers. 4.

10 Decimo, instrumentum † falsum dicitur quoties, nomina absentium in eo descripta reperiantur c. quāto, & ibi Abb. de his, quæ fiunt à prælat. qđ tamen intelligas, quoties contrariū probetur, quia aliàs falsum dici non potest idem Abb. in c. Item dilectos, de donat. & Alex. post Bar. in l. decuriones ff. de Alb. scriben.

11 Vndecimo, falsum† præsumitur, vel de falso suspectum esse dicitur instrumentum, debitis solemnitatibus carens Bart. in l. nulli C. de numer. & actuar. libr. 12.

12 Duodecimo, quoties † littera noua, in charta tamen rasa, vel antiqua scriptum esse reperiatur Innoc. in d. c. cum Ioannes de fid. instr. Bal. in Margar. in verbo littera, vers. is, & idem in l. si veritas C. de fideicom.

13 Decimotertio, suspectum † redditur instrumentū ex scribentis persona, quoties vilis reperiatur, adeò etiam vt si talis condemnatus, & officio priuatus reperiatur etiam viua testium depositione iuuari non possit aliàs sic, secundum Bal. in l. iubemus C. de probat.

14 Decimoquarto, instrumētū† mandati, de falso redargutum non admittit procuratorem ēt cū pmissiomè rati, nisi instrumentum illud verum esse probetur Spec. §. 2 vers. Item, qđ non sunt tit. de procur.

15 Decimoquinto, reprobatur† Instrumentū die feriato in honorem Dei confectum tex. est clarus in l. fin. C. de fer. qđ idē sequitur Amanell. Sing. 2. Qđ secus tamen seruatur in hoc Papiensi foro circa nonnulla instrumenta, quæ tam propter periculū moræ, quā alia animū Veneran. Collegij DD. Notariorum Papiæ mouentia confici possunt, veluti.

Testamentorum.

Codicillorum, vel aliarum vltimarum voluntatum.

Donationum causa mortis.

Dotium.

Pacis.

Matrimoniorum.

Sponsalitiorum.

Consignationum, tam paraphrenalium, quàm præcipuè pecuniæ, nec non de alijs, quæ fiunt de actibus ad voluntariam iurisdictionem pertinentibus.

Oblationum, &)

Prote-

Protestationum, & aliorũ actuũ, quos & quas fieri oporteret, ad euitandam aliquam moram, vel pænam.

16 Decimosexto, instrumentũ † non solemne, & falsũ parificantur, neutrumque per iudicem admitti debet Bal. in l. fin. C. si cert. pet. & in l. non dubium 7. opposit. C. de testam.

17 Decimoseptimo, instrumẽti † suspicio ex interlineatura, subscriptione, & rasura resultat l. si vnus, & ibi Bal. C. eod. tit. de testa. Spec in §. postremo vers. item excipitur, quod est vituperatum de instr. edit. & Alex. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.

18 Decimooctauo, instrumẽtũ † falsi vitio laborat, si in eo omnes de capitulo, siue de congregatione interfuisse contineat, si ex eis unus deficiat Bald. in l. fin. C. sine censu, vel reliq.

19 Decimonono instrumentũ † pariter falsum esse dicitur, in quo ab omnibus concorditer, quod tamen à maiori parte tãtum factum sit Petr. de Anch. & Alex. in l. suum §. hodie ff. de pact. & idem Alex. in l. 1. ff. de alb. scrib.

20 Vigesimo, instrumentum † de cuius simulatione constat, non prodesse aperit text. in l. quãuis, & ibi Bald. C. si quis sibi vel alteri.

21 Vigesimoprimo, instrumẽtũ † simulatum, instrumentum esse nõ dicitur, nec in statuto appellatione instrumentorũ continetur Bal. in l. fin. §. in computationem, col. vlt. C. de iur. deliber. & in Auct. ex causa col. vlt. vers. extra quærunt quidã C. de liber. præter Bart. in l. 1. §. & parui 1. col. in fin. vers sed quid ff. quod vi aut clam, Ang. in l. 2. §. testamentum ff. quem ad. test. aper. & Alex. in cons. 82. libr. 4. & in cons. 165. lib. 2. Adde Bart. in l. 4. §. condemnatũ ff. de re iud. & in l. non putauit §. non quæ uis ff. de bonor. poss. contra tab. necnon & Bal. in l. etiam C. de execut. rei iud.

22 Aduertas tamen, quod † si notarius quidquam in instrumẽto simplicitatis suæ causa apponat, eo casu cõtractum talẽ valere gl. affirmat in verb. ostẽditur, & ibi Doct. in l. fin. C. de fideicom. & Bal. l. 1. col. 2. vers. quid si notarius C. de rerum permut. & Paul. de Cast. in Singul. suis sing. 11.

23 An autem † instrumentum in ludo confectum valeat, vide Bald. in l. alearum vsus C. de aleat. & Bart. in l. si quis cum sciret ff. pro empt.

Studeant igitur notarij, ne per fallaciam alicuius ex contrahenti-

hentibus decipiantur ad hoc, vt ignominiam non incurrant l.3.§ seruus Sulpitius verſ. turpe eſt ff.de orig.iur.l.quædam ff.de eden.

Abſtineantquè à falſitate ex quo multæ à iure falſarijs pollicentur pænæ.

Falſitas quid ſit, quomodo committatur nonnullaquè falſitatis crimina panduntur. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas, quid ſit.*
2 *Falſitas quotupliciter intelligi debeat.*
3 *Falſitas, quomodo committatur.*
4 *Falſitatis quæſtio, quot modis cognoſcatur.*
5 *Falſitatis capita, & ex quibus caſibus deprehendatur.*
6 *Procurator, quidquam ab alio nomine domini exigens, de mădato non edocens, & ſeu domini ratificatione non ſecuta falſum committere dicitur.*
7 *Accuſationem falſam exhibens, de falſi crimine tenetur.*
8 *Scribens inſtrumentum, vel apocam nomine alterius fictè, falſum committere dicitur.*
9 *Nomen alterius ab radens, vt ſuum ſimulatè ponat, vtiq; pænam falſi euitare non poteſt.*
10 *Mercatoris decocti, qui re vera decoctus non ſit, creditorem, qui ſe facit de falſo tenetur.*
11 *Falſum committit actorum notarius, qui realem iurium, & inſtrumentorum productionem verbaliter tamen factam fuiſſe ſcribit.*
12 *Contractus notulam, quis notario de contractu iam rogato, tradens vt iuxta ipſius notulæ continentiam, contractum extendat, quando falſum committere dicatur.*
13 *Inſtrumentorum falſorum, ſiue per actorem, ſiue per reum facta productione, ambos ad falſi pænam, eadem inducit.*
14 *Notarius, capitulum vnum ſcienter in inſtrumento prætermittens, ex tit. legis Cornel. de falſ. tenetur.*
15 *Aurifex, minori liga, quàm non debeat, aurum, & argentum faciens, vti falſarius eſt puniendus.*
16 *Teſtem falſum producens, de falſo tenetur, etiò quod teſtis nulliter depoſuerit, & ſub num. 19.*
17 *Falſo, pertinaciter vtens inſtrumento, falſi pæna plectendus eſt.*
18 *Notarius, ordinem à iure traditum peruertens, ſuſpectum reddit inſtrumentũ.*
19 *Falſum teſtimonium proferri debere mandans, vti falſarius puniri debet.*

BReuiter igitur vt supra significabo, quid sit falsitas, quomodo cōmittatur, & nonnullas tam de iure cōmuni, quam statutarjo pænas recensebo. Qua de re
1 scias, quod falsitas † aliud esse non dicitur, quam mutatio veritatis, Auct. de instr. caut. & fid. in princip. collat. 6. Azo in summa de crim. fals. l. quid sit falsum ff. ad l. Cornel. de fals. Paul. de Castr. in cons. 149. c. cum inter dilectos de fid. instr. & Spec. in §. 9. vers. itē sit cautus tit. de Aduoc.
2 Quare falsitas † tripliciter intelligi debet, largissimè, large, & strictè, primo casu quoties verum non dicitur, tam dolo, quàm non accedente l. si is, qui ducentum §. vtrum ff. de rebus dub. secundo casu, quoties ex dolo veritatis mutatio interueniat, vt habet ex Auct. de instr. caut. & fid. tertio verò casu, quoties

quoties ex aliquo capite falsũ committatur Bart. in d. l. quid sit falsum ff. ad l. Corn. de fals. Salyc. in l. nec exemplum C. eod. tit. Card. in c. fin. de crim. fals. & Alex. in cons. 74. libr. 1. vide Bal. in l falsus col. 1. C. de fals.

3 Committitur autem † falsitas, vel veritatem omittendo, vel obscurè loquẽdo c. nequis cum glos. 22. quæst. 2. cum reliquis in Cap. 21. proximè præcedenti recensitis.

Item etiam inter lineando falsitatem committi dixit Paul. de Castr. in cons. 199. per text. in c. cũ venerabilis, d̃ relig dom. l. fin. & l. Sancimus C. de testamen.

4 Vñde falsitatis quæstio † quinquè modis cognoscitur.

Primo per accusationem criminalem.

Secũdo, per actionem in factum ad interesse.

Tertio, per exceptionem.

Quarto, per replicationem.

Quinto, per inquisitionem Bart. post glos. in l. si ex falsis C. de transact. Salycet. post glos. in l. quærelam C. de fals. Spec. in §. 9. tit. de sent.

5 Falsitatis ideo † capita, enumerata tibi tradit Azo in summa in tit. de crim. fals. quæst. 2. & Salyc. in rubr. C. eod. tit. & ex quibus casib. falsitas deprehẽdatur vide Spec. in §. 9. vers. Item sit cautus de Aduoc. & in §. 3. vers. possunt, de rescript.

Et ad hoc, vt scias nonnullas falsitatis inter cæteras species, illas ideo hic recensendas non omitto.

6 Falsi crimine igitur tenetur † quicumq; qui vti alterius procurator ab aliquo exigat, vbi de mandato nõ doceat, vel dominus non ratificet Bart. in l. si pupilli §. item si fundum ff. de negot. gest.

7 Item falsi crimine tenetur, † qui falsam exhibet accusationem, l. penult. & ibi Bart. C. d̃ probat. iuncto Alexan. in l. si quis obrepserit ff. ad l. Corn. d̃ fals. necnon & in l. quicumq; in fin. C. de ser. fugit.

8 Item falsi pœna tenetur † nomine alieno scribens instrumẽtum, vel appochã idest nomẽ alterius apponens, vt ab illo scripta videatur, casum habes notab. in l. qui veluti C. ad l. Corn. de fals.

9 Item falsi pœnam euitare † nõ potest, qui nomen alienũ abradit, suum autem ponit Alex. post Bart. in l. 1 itio ff. ad municipal. per text. in l. 1. §. quæ in rationis ff. de fals.

Item crimine falsi tenetur, qui 10 † mercatoris decocti creditorem,

rem, se facit, cum tamen non sit, vel qui negat, quidquã sibi solutum fuisse in aliorum creditorum præiuditio l. si creditor cum glos. & ibi Salycet. & Angel C.de fals.

Item crimine falsi tenetur nota-
11 rius † actorum, qui realem iurium, & instrumentorum productionem, verbaliter tamen factam scribit Bal.& Angel.in l.fin. C.de eden.

12 Item falsi pænam meretur, † qui notulam cõtractus falsam confecit, illamq; notario publicandam tradidit Bart. in l.si qs obrepserit, quæst. 2.& seq.ff.de fals.Abb.in c. quanto in fin. de his quæ fiunt à prælat. secus autem quando talis, notulam notario tradiderit, dicens [vorrei, che facesti quello instromento, del qual fosti rogato, qual fosse in questa forma]quo casu de falso non tenetur, vt dicit Alex.in cons.74.lib. 1.

13 Item pæna † falsi actor, & reus tenẽtur, si vterq; eorum falsa instrumenta produxerit, vnus scilicet de debito alter verò de solutione, quo casu, & si ex forma statuti falsum producens instrumentum causam amittat nihilominus tunc pro reo sententiam esse ferendam dixit singulariter Bald. in rubr. vers. incidenter quæro C. de fid. instrumen.

Item falsi pæna tenetur notarius,
14 qui † scienter vnum capitulũ in instrumento omiserit Bart. in l. præsbiteri C. de Episc. & cler.

Item falsi pæna tenetur, Aurifex
15 † qui aurum fecit, vel argentũ, minori liga, quàm debeat Bart. in l. lege Cornelia ff. de fals.

Item de crimine falsi tenetur is,
16 † qui falsum testem produxit, & si nulliter is testis deposuerit Bart.in l.fin. C.si ex fals. instr. vide Bald. in l. si post C. de iur. & fact. ignor. & Paul. de Castr. in cons. 148.

17 Item de falso punitur, quis † pertinaciter falso vtens instrumẽtó Cyn.in l. si falsus C. de falsis, & Alex.in l.diuus ff.eod. tit.

18 Item suspectum reddit † notarius instrumentũ, qui ordinẽ vel à lege, vel à Canone seruãdum peruertit l. prolatam C. de sentent.& interlocut. omn. iud. pulcherrimus adest casus in l. 2.§.prius ff.de vulg.& pupill.c.fin.& ibi glos.& Doct. d appellat. quoniam ordo, figura substantiæ vnius cuiusq; rei esse dicitur Bal.in cons. suo incip. Schismatis posito in rub. C.si quis aliquem test. prohib. & vbi non est ordo, ibi cõfusio,

quam

quam lex, & natura abhorrēt l fin.C.de legit.tut.& c.peruenit 11.quæst.1.

19 Item pæna falsi † locum habet contra mandantem falsũ, proferri debere testimonium, & si talis falsum committere, non dicatur Bal.in l.1.§.ne autem col.4.C.de cad.tollen.

20 Item, mensuras † seu pondera publica falsificãs, pæna falsi tenetur l.modios C. de suscep. & Arch. lib. 10.

21 Itē pæna falsi tenetur is,qui† scienter rem duobus vendidit l.qui duobus ff.de fals. quod tamen ibid.Bar. procedere dicit nisi tamen alienatio per duos diuersos contractus,& diuerso tit.facta fuerit, quod pariter tenet Bal.in l. quotiens C. de rei vendicat.

Item nisi primo vendiderit, non habita fide, de pretio, qa aliàs habita fide de pretio, alteri vēdens de falso tenetur, secundum Odofr.& Bal.in reportatis antiquis in l.venditor ex hæreditate ff. de hæredit. vel act. vend Bal.in c.si facta si d̄ feud. fuer. controuers. in vsib. feud.

Item nisi secundo emptori facta fuerit traditio Bald. in c. 1. §. aut si libellario quibus mod. feud.amit.

Item nisi iudex vendat pro executione sententię,quia primo nō offerente pretiũ,secundo vendere poterit, Moderni Doct. in l.à diuo §.sed si emptor ff.de re iud.secus autem considerari debet in pignorante rē duobus Bart.in l.si quis in pignore §.1.ff.de pignorat. act.

22 Falsi ēt pęna tenet̄ is,qui†sibi aliquid pure in testamento adscripsit l.1.§. ex illa quoq; ff. al legat.tit.de fals Doc. pręcipuè Salycet.in l.1.C.de his qui sibi in test.ascrib. Qd̄ pariter ampliatur primo in testamento nuncupatiuo secundum Saly. ibi,& Bart.in d.l.1.§.ex illa,& Bal. in l. dictantibus C. de testamen.

Secundo ampliatur, quoties fili⁹ in testamēto patris plusquam sit portio sua ab intestato,qdq̄ sibi adscribat Salyc. post glos. in l.quamquã C. allegato tit. d̄ his,quæ sibi ascrib.vide Bar. in l.quod dicim⁹ C. de auctor. præstan.

Tertio ampliatur, quando pater in testamento, de quo est rogatus,respectu aduentitiorum filio adscribat Bart.in l. impuberem §. 1. ff. de falsi, nisi tamen pro filio emãcipato scriberet, vel filius,pro patre, à patria tamen potestate liberatus ꝑ patre instrumentum conficeret l.si pater,vbi Bart. & l. si filius in princip.tit.eod.

Quod

Quod tamen præponderes iuxta ea quæ deduxi superius in prima parte Cap. 64.

Limitatur tamen prædicta conclusio procedere, quando maritus vxori ascribat l. maritus ff.eod. Salycet.in l qui in testamento C.memorato tit.de his qui sibi in test.ascripſ.

Item quoties filius matri adſcribere contingat, vt apertè colligitur ex d.l.ſi pater,& ibi Bar.

Item vbi hæres ſcribat teſtamentum, quod deinde notario coram teſtibus legendum tradat Salyc.in l.fin. C. ſepe allegato tit. de his, qui ſibi in teſt. adſcri.

Item, quoties clericus, Eccleſiæ ſuæ quidquam aſcribat, vt ſingulariter dicit Ioan.And. in c. cum inter,de re iud.

Et deniq; pro nunc quoties, quis ſub geminata conditione ſibi adſcribat d. l.diuus §.fin.ſecundum vnam lecturam, & Bart. ff.ad l.Corn. de falſ. vt dixim' in prima parte Cap.62.

23 Item nō effugit falſum, qui † inſtrumentum occultat omnibus, ne haberi poſſit, quod tamen limitatur, quoties vni tantum ideſt parti aduerſæ illud occultaret Bart.in l.3.§.& poſſe ff.de tab.exhiben.& parti tenetur ad intereſſe Bal. in l. qui accuſare C. de eden. vbi dicit tale intereſſe per iuramentum probari poſſe.

24 Surripiens autem † alicui inſtrumenta, an in pœnam falſi incidat, vide gloſ.& Bald. in l. inſtrumenta C. ad exhiben.& an tunc ad intereſſe teneatur, dic quod ſic gloſ.in c. peruenit de teſt.cogen. Alex.in l. in fraudem §.quot ff.de iur.fiſci, Franciſc.de Aret.& ibi Alex.in d.l. q accuſare not. 2. C. de eden. & in l. 1.ff.de Condict.ob turp. cau.

Item falſum committit notarius
25 actorum † ante publicationē dicta teſtium reuelās l. 1.§.inſtrumenta ff.de falſ.l. 1. in princip.& l.ſi quis aliquid §.1.& §. inſtrumentum ff.de pœn. l.ſaccularij §.1.ff.đ var.&extraord. crim.& Bal.in l.fin.C. de eden.

Huic etiam adiūgitur, notarium
26 † actorum dictis teſtium addentem, falſum cōmittere tripliciterq; eo caſu delinquere Primo de eo cuius præſentiā contemnit. Secundo iudici, quem mentiendo fallit. Tertio innocenti, quem falſo teſtimonio lædit c. 1. de crim.falſ. Idcirco tripliciter puniendus eſt. Primo de periurio. Secundo de falſo. Tertio ea pœna qua reus puniendus fuiſſet, allegat.cap. 1.& in c.quicumquè 1.quæſt.5.

Ca-

Caueant igitur Actorum notarij quos Actuarios appellamus, à falsitate committenda, & sicuti in maximo honore constituti dicuntur, sic falsitatem omnimodò fugiant, grauissimum
27 enim † crimen, falsi reputatur videmus etenim de iure communi, quod facta generali cancellatione bannitorum, in ea, bannitum de falsi crimine nõ comprehendi, sicut nec is, qui bannitus est ex crimine lesæ Maiestatis l. quisquis C. ad l. Iul. Maest. l. fin. & ibi glos. C. ad Abol. l. Lucius ff. ad Turpil. & vt eleganter proponit Angel. in quadam sua quæst. incip. ex orta guerra, ex eo quod huiusmodi delicta prodictoria dicũtur esse, vt notat Bal. in c. 1. tit. Quibus mod. fæud. amit. & in Auth. item nulla C. de Episc. & cler. atq; Petr. de Anchar. in c. ea, quæ, de reg. iur. in 6. Idcirco in huiusmodi criminibus, leges transgredi non licet Inno. in c. 1. de Constitut. Bal. in auth. sed nouo C. de ser. fugit. & in l. & si seuerior C. ex quibus cau. in fam. irrog. & in l. quid ergo §. pæna grauior ff. de his qui not. infam.
28 Nec ab re, † Notarios præcipueq; huius Inclitæ Ciuitatis Papiæ Actuarios, atq; Cancellarios, nunc existentes (cæterorum Notariorum semper immaculato existenti honore) ob illorum sinceram fidem prætereundos non esse duxi, quorum proinde nomina, necnon officia sunt infrascripta videlicet.

Actuarius Curiæ Episcopalis.
Cæsar Siccus.

Actuarij Maleficiorum.
Io. Baptista Paludus.
Augustus Malaterra:

Actuarij Trib. inferioris Perill. D. Prætoris.
Iacobus Simon Valerius.
Hieronymus Biscossia.

Actuarij Tribunalis Superioris d. D. Prætoris.
Io. Marcus Belingerius.
Bartholomeus Giusius.
Cæsar Assander.

Actuarius D. Reffrendarij.
Ludouicus Paludus.

Actuarius Reg. & Duc. Officij Darsanæ.
Io. Paulus Ferrarius, quond. Ioan. Mariæ genitus. is inter cæteros ob eius sinceram fidelitatẽ meritò tum ab huius Inclitæ Ciuitatis Decurionibus, sub die 22. Septẽbris Anni 1601. declarationis medio honorem reportauit tùm etiã ab Illust. Mediolani Magistratu, & quãdoq; circa Cancellariam, in

caussis militaribus, & aliquando circa illarum Iudicaturam insignitus fuit; præter id quod medio litterarum Patentium, ab eodem Ill. Magistratu, & circa Stratarum, Aquarum, ac Pontium visitationem, delegationes, & etiam Reg. & Duc. Officij Capitanei Darsanæ super regalib. fluminibus Actuariam, obtinuerit, eamq; adhuc possideat, quocirca sic probè se gessit, atq; gerit, vt circa illius probitatem ad formam N.C. approbatus, clarè prædicti Ill. Magistratus, litteræ sub die 15. Maij d. Anni datæ manifestum id faciant.

Cancellarij d. Inclytæ Ciuitatis.

Bernardus Altarius.

Aluisius Gerardus.

Cancellarius Commissarij Cosmi Lunati.

Carolus Ritius.

Cācellarius D. Iudicis Victualiū

Cæsar Bernerius.

Cancell. D. Judicis Stratarum.

Franciscus Saluaticus.

Cancellarij DD. Mercatorum.

Hieronymus Gazanigha.

Franciscus Gazanigha.

Cancellarius ad Officium Commissarij Tractæ Christophori ex Com. Rouescallæ.

Io. Gulielmus Belingerius.

Cancellarius ad Officium Commissarij Ioannis Pauitæ.

Dominicus de Achillis.

Cancellarius ad Officium Commissarij Octauij Georgij.

Io. Franciscus Vicecomes.

Et quorū omniū integritas, adeò patens est, vt illam explicare superuacaneū mihi videatur.

Ad rē, falsi pęna tenetur is, qui accusauit scripturam de falso nō tamen illam falsam probauit, ita vt etiam per inquisitionem officio iudicis, coram, quò accusatio producitur possit procedi dato etiam quod talis iudex, causarum ciuilium tantūmodo sit l. penult. & ibi Bart. C. de probat.

Pariter etiam falsi crimine tene-
29 tur is, qui † falsum committi mandat, vide Bald. in l. transire ad fin. C. de transact. in l. 1. §. ne autem col. 4. C. de cad. tollen. Bart. in l. si mulier §. si seruus ff. rerum amot.

30 Falsi pænam, † an euitet ille, qui scripturam falsam in actis redigendam, notario tradit vide Bart. in cons. 199. incip. tudertinus lib. 1.

31 Falsitatem committens † in scriptura nulla, ex qua nulla eruitur probatio, numquid, de falso ille puniendus sit? vide Socin. Sen. in cons. 63. incip. in præ-

in præſenti verſ. circa primam cum verſ.ſeq.vſq; ad verſ. circa ſecundam lib.1.

Quid ſi falſitas nemini præiudicet, vide eundem Socin.in cõſ. 182. incip. poſt redditum per totum libr. 2. & Corn. in conſ. 186.incip.videtur in littera E, lib.4.

32 Falſi criminè † an teneatur is,qui in actis ſcribi curauit id quod verè actum non fuit: vide Bart. in l ſi quis obrepſerit ff.ad l.Corn.de falſ.

Falſi crimine,an teneatur notari⁹
33 qui † ex archiuio publico,quaſ dam chartas ſubtraxerit, vide Corn. in conſ. 45. incip. delegantur per totum,vol. 3.

Falſi crimine, an teneatur, nota-
34 rius † vel procurator, ſiue aduocatus, qui ſcripturas vnius partis alteri oſtendit,vide tex. in l.1.§.is qui depoſitam, & ibi Bart.& Doct.ff.de falſ.Bart.in l.2.ff.d̄ præuaricat.Flor.in l.in lege §.ſed & ſi quis ff.ad l.Aql.

Falſi crimine, an teneatur is, qui
35 † litteras alienas aperuit,lacerauit,ſiue combuſit,vide Bald. in c.olim de reſcript.Abb.in c. cum olim,de offic.deleg.& ibi Felyn de eo, qui litteras alienas aperit, eaſquè aduerſario oſtendit.

36 Itē an teneatur de falſo qui † mihi litteras ſcriptas non præſentauit,ſed alteri illas manifeſtando dedit, vide Bart. poſt gloſ.in l.Titio in princip.& ibi Alex ff.ad municip.

Falſi crimine, an teneatur mone-
37 tam † falſam expendens,vide Bart. in l. lege Cornelia ff. de falſ.l. ſacularij ff. de extraord. crim.& circa hoc vide quæ ſcribunt Iac.Butr.& Ang.in l. maiorem C.de falſ.Abb.in c.quãto de iureiur.Alex. in d.l.lege Corn.& in conſ.121.vol.7.

Quamplurimos alios omitto caſus,quos tum à iure communi, tum ex locorum ſtatutis, ad tui libitum videre poteris.



Notarij, falsitatem committentes, quibus pœnis, tum à iure communi, tum à iure municipali indictis sint plectendi, idq; & ex Doct. auctoritatib. & ex N. C. Mediolani, atq; Statut. Pap. deinceps, ex Iustiniani Imperatoris Constitutione, ad vnguem recensitis, enucleatum habes. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Falsum committens, mortaliter peccat.*

2 *Notarius, vsurarium instrumentũ conficiens, periurus efficitur, infamisq; pronuntiatur, officio priuari potest, & pœna exilij, sine spe reuersionis plecti debet.*

3 *Simulatum notarius scribens instrumentum, pœna amissionis manus affligitur.*

4 *Falsi pœna, de iure communi quænam imponatur.*

5 *Pœna ignis punitur notarius, falsum immunitatis scribens instrumentum.*

6 *Notario falsum committenti, de Longobardorum iure manus amputatur.*

7 *Notarius, de iure communi, de falso puniendus non est, nisi in casibus à iure expressis.*

8 *Falsi pœna, iudicis arbitrio hodie relinquitur.*

9 *Falsificanti scripturam, quænam ex N.C. Mediolani pœnæ infligentur.*

10 *Statuta locorum particulatim sunt seruanda.*

11 *Notario circa instrumentum, vel aliam scripturam, falsum committens quomodo, de iure statutario Veneran. Collegij DD. Notariorum Papiæ puniri debeat.*

12 *Malignantis proprium est cuncta mala inuenire.*

13 *Notarios de falso quærelare volentes, ad notariatus prærogatiuam conseruandam, & ex statutis Veneran. Collegij DD. Notariorum Papiæ, & ex Decreto Ludouici Mariæ Sfortiæ aliàs Mediolani Duce, quid seruare debeant.*

14 *Iustiniani Imper. Constitutio circa Notariorum exercitium de verbo ad verbum singulatim recensetur.*

FVgiat ideo notarius omne illicitum, & ad falsũ tendens; falsum etenim
1 committens † mortaliter peccat c. hoc falsum, & c. his autẽ 22. quęst, 2 Butr. in c. 1. de test. cog. glos. in c. ne quis 20. quęst. c si quis metu 11. quæst. 3. & in l. præscriptio C si contra ius, quamplures igitur à iure ob id promittuntur pœnæ.

Scribens itaquè notarius vsura-

2 rium † instrumentum, periur' efficitur infamisq; pronunciatur, nec amplius instrumenta conficere potest, Hostien. in summa tit. de vsur §. an aliquo circa fin. vers. quid de notario, quod idem refert Archid. in c. sicut 46. distinct. præter id qđ punitur exilij pæna, sine spe reuersionis puniri potest ex tex, in §. hæc igitur omnia Auct. de non alienan.

3 Simulatum verò † notarius scribens instrumentũ, pæna amissionis manus affligitur c. imperialem §. scriba, de prohibit. feud. alienat. p Feder. & Lud. Roman. in Singul. 385.

4 De iure cõmuni autem pæna † falsi imponitur, in homine libero per deportationem cum bonorum publicatione l. 1. §. fin. & ibi Bart. ff. d. tit. de fals. §. Item lex Cornelia, & ibi Ioan. Fabr. & Angel. Instit. de publ. iud. nisi tamen factum graue esset, vt sensit Corn. in cons. 45. incip. eleganter deductum est libr. 3. quoniam aliàs regulariter pæna non est vltimi supplicij, vt pariter dicit idẽ Cor. in cons. 182. incip. videtur prima facie vol. 4. & Luc. de pen. in l. si quis in verbo præscriptione C. vt nemo ad suum patr. lib. 11. quos refert Boer. quæst. 82. sub nu. 8. & 9. sed cum deportationis pæna hodie vsu minimè sit recepta, ideo Gandi. in tract. malefit. in rub. de fals. vers. sed pone statuto cauetur in ciuitate Paduę iudicem tũc pænam statuti imponere hortatur.

5 Punitur pariter † pæna ignis notarius, qui falsum immunitatis scripserit instrumentum textus est de hoc clarus in l. 1. C. de immunit. nem. cõceden. lib. 10.

6 De iure † tamen Lombardo, notario committenti falsum amputatur manus, Angel. in §. quia nos collat. 9. Auct. vt nulli iud.

7 Verum est, quod de iure † communi, non punitur de falso notarius, nisi in casibus à iure expressis secundum Bal. in l. fin. in princip. ff. si cert. pet.

8 Hodie verò pæna † falsi iudicis arbitrio relinquitur secundum Gand. loco supra citato, & idem sentit Io. de Imol. in l. 1. ff. de publ. iud. necnon & Alber. de Rosat. in l. 1. in fin. ff. de fals.

Sed quoniam per locorum statuta, atq; decreta, diuersimodè falsum committentibus, imponuntur pænæ; idcirco, ne in posterum notarij nostrates, ignorantiam pænarum falsificantibus impositarum valeant

prætendere, & præcipuè ij qui ignorantiæ excusatione se defendere putant, & proinde ad illos cõstituendum in dolo malo, ideo nedum pænas, à N.C. Mediolani impositas, sed & à statuto Papiensi comminatas, hìc, apponere censui.

Nouæ igitur Mediolani. & aureę profectò Constitutiones in tit. de pænis in §. quicunq; falsificanti, hæc pollicentur scilicet.

9 *Quicumquè fecerit † vel fieri mãdauerit chartam falsam, vel acta publica falsa, vel falsificauerit, aut falsificari mandauerit chartam, vel condemnationem, aut attestationes, vel confessionem, aut testes, vel acta publica, vel aliàs scripturas, in toto, vel in parte, super quãtitate, re vel iure, non excedenti quantitatem aureorũ viginti, condemnetur pro prima vice in quadruplum, & per triduum continuum mitra vinctus, producatur in publicum. Pro secunda vice sit pæna amissionis manus. Et pro tertia ignis. Ab aureis viginti vsq, in quingentos auri, pro prima vice sit pæna amissionis manus potentioris. Pro secunda ignis si quingẽtos aureos excedat, sit in arbitrio iusdicentis reũ condemnare, pro prima vice, in amissione manus, vel ignis inspecta qualitate facti, & personæ, pro secunda verò vice omnino sit pæna ignis.*

Cui Constitutioni, adheret, statutum Papiæ in Criminal. 37. sub rubr. de pæna notariorum, quod ad tui libitum prospicias

10 In reliquis autem seruanda † sunt statuta locorum particularium, vt ex l. omnes populi ff. de iust. & iur.

Contra huiusmodi falsificantes notarios Venerandum huius Inclytę Ciuitatis Notariorum Collegium, per statuta antiqua sic sancitum esse voluit sub rubr. de pæna notarij faciẽtis aliquod instrumentum, vel scripturam falsum, vel falsam in ordine 74. scilicet.

11 *Item statutum est † quod si aliquis notarius fecerit, vel fieri fecerit aliquod instrumẽtum publicum falsum si fuerit de ipso Collegio debeat publicari,*

blicari, & remoueri ab ipso Collegio perpetuò si verò fecerit seu fieri fecerit aliquã aliam scripturam falsam debeat puniri secundum qualitatem delicti sicut videbitur Consulibus, & Sapientibus dicti Collegij. Et si verò non fuerit de dicto Collegio, qui fecerit, seu fieri fecerit Instrumentum, seu alteram scripturam falsum, vel falsam debeat publicari tamquam falsarius.

Teneantur insuper Consules dicti Collegij, qui fuerint tempore d. publicationis denuntiare Vicario, seu Potestati communis Papiæ, quod procedere velint, & debeant, contra taliter publicatum falsariũ secundũ q̃d dictis DD. Potestati, & Vicario melius videbitur conuenire.

Et si aliquis de caterò fuerit bãnitus, vel condemnatus pro aliqua falsitate alicuius publici instrumenti per Commune Papiæ, si fuerit notarius ipso iure, & facto sit remotus ab ipso Collegio tamquã falsarius, & bannitus pro falsitate, & si non fuerit notarius ipso iure, & facto sit interdictus à dicto Collegio, & per ipsum Collegium teneatur perpetuò interdictus, q̃d capitulum sit præcisum.

Veruntamen contra notariorum famam nonnulli malignantes
12 qui † cuncta mala adinuenire conantur, vt dicit Spec. in §. sequitur videre, vers. quid est homo tit. de Aduocato, faciliter credentes notarios de falso puniri posse, vti callumniatores cõtra ipsos notarios falsas student porrigere quærelas: Idcirco ad illorum temeritatem tæpescendam prætermissis ijs, quæ contra illos ius commune dictat, dicti Venerandi Collegij agentes sanxerunt in stat. nouis sub rubr. de fals. prout infra continetur videlicet.

13 *Nullus Iusdicens † ordinarius, vel delegatus contra Collegij notarios de falso accusatos, procedere, aut ex officio inquirere possit, sine participatione, & interuentu Cõsulum Collegij, neq; quempiã ad accusandum, seu querelan-*

landum notario de falso admittat, qui prius non satis dederit de soluendis, & reficiendis, in casu quo querelam & accusationem plenè nõ uerificauerit, omnibus damnis, expensis, & interesse ipso accusato, quas, & quæ, eum pati tali de causa continget, & deniq; nisi plenè seruata forma priuilegij à gloriosissimæ memoriæ Principe Ludouico Maria Sfortia Mediolani Duce, &c. concessi in quo inter alia hæc legũtur verba.

Ludouicus Maria Sfortia Anglus Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæquè Comes, Genuæ, & Cremonæ Dominus, &c.

His litteris quas vim ppetui, & inuiolabilis Decreti uolumus obtinere. Dicimus decernimus, & sancimus, quod post hàc in ipsa Ciuitate nostra Papiæ procedi non possit, nec debeat, contra aliquem notarium inculpatum, de aliqua falsitate, vel aliquo errore præterquam per officium Prætoris nostri Papiæ cui soli cũ curia sua, & non alio pertineat iurisdictio, & cognitio; contra tales hoc ordine semper seruato, quid antequam procedat idem prætor, tam præsens, quam per tempora futurus, debeat causam illius proponere, prioribus, siue consulibus dicti Collegii, ac ipsos, & eorum motiua patienter audire, deniq, maturè, et deliberatè procedere, non vtendo aliquo arbitrio, aut bailia sibi concessis, aut in futurum concedendis, sed solummodo seruata forma iuris statutorumq; & ordinum d. Ciuitatis.

Insuper decernim⁹, et uolumus, quod si per quemquam de cætero continget, quærelam, seu denuntiam coram prætore ipso, vel eius curia porrigi contra notarios Papienses, vel aliquem ipsorum, de alicuius criminis falsitate, seu errore, cõtra eos procedere non debeat, nec processum inchoare, nisi prius talis quærelans, seu denun-

denuntians, idoneè satisdederit, de expensis, damno, & interesse restituendis ipsi quærelato, dicto quærelante non verificante querælam, seu denuntiam, & de soluendo omnem cōdemnationem, quæ de tali quærelato fieri contingeret, si quærelam ipsam, seu denuntiam nō verificarit: ac pro infamia arbitrio iudicis, inspecta qualitate facti, & personæ. Decernendo præterea, quod huiusmodi notariū seu notarios accusans, & accusationem non probans, seu verificans, vltra pænam à statutis Papiensibus, & nostris Decretis limitatam incurat, & incurrisse intelligatur, et debeat pænam librarū quinquaginta Imper. pro dimidia parte Cameræ nostræ, et ꝑ altera dimidia accusato eo irremissibiliter applicādā; Idem prætor, & seu eius curiæ teneatur, & debeat cum participatione Priorum, siue consulum ipsius Collegii Papiæ contra quoscunq; notarios Papiēses, falsitatum reos & culpabiles procedere, ac ipsos, vt iustitia, statutaquè Papiæ, & decreta nostra disponunt punire, quibuscumq; aliis Decretis, & ordinibus nostris, ac cæteris, quæ secus cauerent, vel aliam formam darent, nequaquam obstantibus, quibus omnibus, & singulis, etiam si talia essent, vt hic eorum specialem mentionē, et in indiuiduo fieri oporteret, ex certa scientia, & de nostræ plenitudine potestatis etiam absolutè hac in parte dumtaxat derogamus, derogatumq; esse iubemus, & volumus: mandantes, & iniungentes Commissario Prætoriq; nostro Papiæ, cæterisq; Officialibus, & Magistratib. nostris præsentibus, & futuris, tam extraordinariis, quā ordinariis, vt præsens decretum nostrum diligenter obseruent obseruariq; faciant, nec contra quicquam attentent, attentariuè permittant pro eo quanti gratiam nostrā

faciant

faciant in quorum testimonium præsentes fieri, & registrari iussimus nostriq; sigilli munimine roborari. Dat. Mediolani die vigesimoprimo Ianuarii Anni 1495. Signat. Philippus Comit.

Cuius quidem rescripti dispositionem fuisse, & esse in viridi obseruantia attestantur Litteræ Regiæ. Datæ pridie Calēdas Iulij, Anni Millesimi quingentesimi nonagesimi secundi quarum exemplum est huiusmodi videlicet.

Philippus Hispaniarum, &c. Rex, & Mediolani Dux etc.

Dilecte noster, uisis inclusis preces. Sindici notariorum istius Ciuitatis, & habito superinde fisci nostri uoto, omnibusq; diligenter consideratis: mandamus vobis, vt ad examē & processum contra memoratum notariū detentum faciendum, admittatis vnum ex consulibus d. Ciuitatis iuxta solitum, & si quid obstare putatis nobis rescribatis.

Dat. Mediolani die 30. men. Iunii 1592. Signat. in calce, Vicecomes, à tergo Sapienti I. C. Iudici prætorio Papiæ nostro dilecto, & sigillat. &c.

Insuper ex eod. statuto in nou. cauetur scilicet.

Notarii de falso accusati, & rei constituti, præsente, & consentiente Consule Collegii, statim è Collegio remoueantur: quod si nulla secuta fuerit cōdemnatio sententia absolutoria, sine tortura lata, in pristinum omnino restituantur: qđ si absolutoria lata fuerit præcedente aliquo tormentorum genere duret suspensio arbitrio Collegii: post absolutionem tamen, & antequam in Collegium fuerint admissi notariatus officium nullo modo possint exercere.

Notarii autem de falso accusati, & condemnati, illicò perpetuò à Collegio remoti, & matricula deleti censeantur, & sint, ita vt restitutioni in pristinum locus numquam detur, & à tali remotione omnis appellatio, nullitatis dictio,

ctio, atq; reuisio penitus sit repulsa, et consules admittentes in hoc aliquam appellationem, nullitatem, aut reuisionẽ illicò officio Consulatus priuati, & per annum Collegio interdicti ipso iure, & facto sint.

Eandem pœnam incurrant consules proponentes, aut verba facientes de Restituendo in pristinum tales remotos de falso condemnatos.

Et quicumq; notarij prodicta restitutione verba in Collegio fecerint, consiliumue dederint, Collegio interdicti per biennium ipso iure, & facto sint.

Fideliter igitur custodiat Notari⁹ ea quæ in suprascripta Maximiliani Imperat. Constitutione continẽtur, neq; spernat, ea quæ Imperator Iustin. notario obseruãda tradit, cuiusq; Constitutionis tenor talis est videlicet.

Imperat. Iustinianus A. Ioanni Præfecto; iterum Exconsule & Patritio.

14 *Præsẽti Legi† lis quædã, quã paulò ante audiuimus, occasionẽ præbuit. Proferebatur enim à persona muliebri instrumentum, quod tametsi literas eius non habebat (erat enim literarum imperita) absolutum tamen à Tabellione, & Tabulario, continebat subscriptionem eius, & testium præ se ferebat præsentiam. Cumque de eo ipso forte nonnihil oriretur controuersiæ, muliere dicente, non demandata esse à se ea, quæ charta diceret: quærebatis, qui causæ accommodarat audientiã, rei veritatem à Tabellione perdiscere. At is literas quidem se completionis instrumenti dicebat agnoscere, nescire autem, quæ vndiq; consecuta essent, neque enim omnino id se principio composuisse, sed confectionem eius demandasse cuidam è suis, neq; postmodum cum compleretur, se interfuisse, sed rursum alteri id munus delegasse. Inde cum is, quis completioni adbibitus erat, uenisset,*

V dixit

dixit & ipse nihil se scire: nam, neque is instrumentum conscripserat, atque vnum hoc docuit, se præsente absolutum fuiße: neque sanè, cui id munus initio fuerat delegatum, inuentus fuit. Vnde nisi per testes Judex causæ valuisset insistere: plane periculum fuißet, ne omnino totius negotij notitia intercidisset. Atque illud quidem quo conuenit modo tam examinationem, quam indicationem meruit. Verum nos toti vniuersitati ex eo opem ferendam, & in commune, legem ad omnia pertinentem perficiendam esse putauimus: vt Tabelliones, qui ei officio præsident, ipsi per se omnibus modis, & instrumenti conficiendi mandatum accipiant, & cum absoluitur, intersint: neque aliter summa chartæ manus imposita intelligatur, nisi hæc ita confecta sint, quò magis ipsi de facto aliquam habebant notitiam possintq; aliquando à iudicibus interrogari, & recogitare ea, quæ vndique consecuta sint, & respondere. & maxime, si literarum imperiti sunt, qui de hoc mandatum dant, quibus promptum est, & citra redargutionem negare ea, quæ re uera sunt consecuta. Vt ergo hæc omnia prohibeamus: propterea, & præsentem legem describimus, prorsus obseruari eam à Tabellionibus volumus, siue in alma hac Vrbe, siue in prouincijs sint: compertum habentibus, quod si hæc contra quid fecerint, penitus stationibus (quas vocant) excident, & ab ipso missus, vt instrumentum iniungeretur, adhibitusque ipse dominus, & cum authoritate in statione erit, & res talem commutationem patietur, vt iste quidem de cætero in Statione eum locum obtineat, quem prius is, qui primatum in illa gessit, habebat: hic verò eam amittat, vt vnus sit ex illius

ama-


amanuensibus. Ex quo enim ipse id facere dedignatus est, quod eius curæ erat commissum, ille verò ex eius sententia hoc confecit: propterea & nos hanc eis pœnam inducimus, vt huius metu iustiores, & certiores circa instrumenta se præbeant, neque dissolutis delicatisq; moribus suis aliorum substantias subuertant. Si verò is cui post præsentem legem contra constituta nostra instrumentum iniungitur, dignus forte non sit, vt cum authoritate stationem suscipiat; nihilominus tamen Tabellio quidem omnibus modis hac excidito, alius verò in eius locum promouetor: neutiquam stationis domino (si extraneus aliquis non ipse Tabellio sit) ex ea causa mulctando, aut illinc prouenientibus excidente lucris, sed solo venustulo illo, & qui exequi officium suum dedignatus est, præsidentiam amittente: omni alio iure, quod per causam stationis domini s ipsis competit, circa Tabelliones talia perpetrantes illibato conseruando. Neque Tabelliones prætextus finguntο, quasi propter morbum forte, aut alia eiusmodi negotia secedant. Nam si quid tale existat: integrum illis eos erit accersere, qui ista iniungant, vt per se ipsos rem expediant: cum alias, tum verò maximè, quod vniuersalibus impedimentũ non pariant ea quæ raro accidunt, quando nihil in rebus humanis sit vsq; adeò semotum ab omni controuersia, tametsi maximam cum iustitia coniunctionem habeat; quod dubitationem, & controuersiam non recipiat, si subtiliter animi curas intendas. Neque causa est, cur propter iniungentium continuitatem ac frequentiam census in hoc sibi prætendant deminui, cum multo præclarius sit, pauca elaborare absq; frustratione, quam in multis versari cum

periculo. Ne tamen eis vltra modum dura lex esse videatur, Nos intentis in humanam naturam oculis, conformes illi, & commensuratas nostras etiam leges proponimus. Propter eiusmodi enim ipsorum ex aequuo controuersias, vnicuique licentiam damus, vt vnum aliquem ad hoc subactorum monumentis apud clarissimum magistrum census huius almae Vrbis more solito conficiendis promoueant: qui plenam potestatem habeat, vt conscribendorum instrumentorum mandata à contrahentibus in statione ipsorum suscipiat: cumquè ea absoluuntur, intersit: neque vlli alij eorum omnino, qui in ea statione consistunt, licentia sit, vt vel initio conscribendorum mandata in se recipiat, vel absoluendis intersit, praeter Tabellionem, qui summam in statione authoritatem habet, aut eum, qui ab ipso ad hoc promotus est. Quod si quid hęc contra fiat, & alius ad hoc mandata accipiat: tunc Tabellio, qui cum authoritate stationem obtinet, in pęnam ante à nobis definitam incidito: ipsis tamen instrumentis propter vtilitatem contrahentium non infirmandis. Scimus autem, quod metu legis in posterum tam ipsi, quae à nobis sancita sunt, custodient, quam instrumenta collocabuntur in tuto.

Illud praeterea praesenti legi apponimus, ne Tabelliones in aliam chartam mundam instrumenta conscribant, quam quae praepositum (vt vocant) protbocollum recepit, praeferens gloriosissimi pro tempore Comitis sacrarum nostrarum largitionum appellationem, & tempus, quo ea charta praeparata est, & quaecunque in talibus praenotari solent: neque id protbocollum abscindant, sed chartis insertum relinquant. Multas enim ex eiusmodi chartis falsita-

falsitates refutatas nouim', cum olim, tum etiam hoc tempore. Vnde & si charta aliqua (siquidem, & hoc modo vidimus) prothocolli loco fit, non ita perscripta, sed aliam quandam scripturam continens, neque illum, aut illum præparasse, proijciunto eam tanquam adulterinam & ad huiusmodi parum idoneam: sed id genus tantummodo chartam, qualem prædiximus, instrumenta conscribunto. Hæc autem, quæ de chartarum qualitatè à nobis definita sint, & de abscissione (vt vocant) prothocollorum, in gloriosissima hac Vrbe valere volumus, vbi & ingens contrahentiū multitudo, & magna chartarum existit copia, & in manu est legibus recepto modo rebus, vti neque ansam aliquibus porrigere, vt falsi crimen committant, quó semper se obnoxios fore ostendent, quid contra hæc facere præsumpserint. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, ea studeto excellentia tua effectu, & fini tradere. Dat. XVI. Kal. Settemb. Constantinop. post Bilisar. V.C.Cons. An. secundo.

Postremo sicuti auctoritatem notarij, sub eiusdem officij nomine in prima parte constitui, ita etiam, in proposito sub eodem nomine eiusdem fidelitatem, & sub breui compendio demonstrare æquum mihi videtur, hunc in subsequenti pagina positum modum v3.



Notarij

Notarij fidelitatem ex vniuscuiusq; ipsiusmet nominis litteræ demonstratione seruandam esse, veridico demonstratur modo; ad quorum corroborationem, nonnulla, salutem Notarij præseferentia iuridicè ostenduntur. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *FAlsitas, crimen attrocius homicidio dicitur esse.*
2 *Falsitas quænam praua generet.*
3 *Simplicitatis, atq; sinceritatis effectus quinam sint.*
4 *Simplicitas, cum rectitudine, & rectitudo, cum simplicitatè, correlatiuè concurrere debent.*
5 *Veritas, mater est iustitiæ.*
6 *Christi Domini nostri actio, nostri est instructio.*
7 *Virtus, & viuo, & mortuo retulit gratiam.*
8 *Notariorum ignorantia, eosdem ad interesse versus partem læsam condemnat.*

N. NVDVS inter contrahentes passione esse debet.
O. Omnibus eiusdem officium perlibenter præstare tenetur.
T. Testamenta, vltimasq; cæteras voluntates, necnon & quoscumq; contractus, clarè, nitidè, & iustè extendere eundem oportet.
A. Animum suum à pecuniæ, & amicitiæ corruptione, necnon & à diaboli tentatione retrahat.
R. Rogitus suos quoscumq; tàm iuditiales, quàm extraiuditiales fideliter custodiat.
I. Ius in scrinio pectoris habere debet, saltem circa ea, quæ quoad contractus vltimas voluntates, & iuditia versantur.
V. Vana ea quæ sunt fugiat, veritatemq; atq; ea quæ necessaria sunt in scriptura amplectatur.
S. Segreget deniq; intentionem suam, à contractibus illicitis, & ijs solum, quæ licita sunt, eius officium interponat.

Præponderet igitur notarius, quàm periculosum sit illicitum scribe-
1 re, & falsitatem committere, quæ homcidio, crimen attrocius dicitur esse, secundum Angel. in §. mitiores Auct. de nupt. Fraudē itaq;

itaq; fugiat, quæ ad illicitum, & falsũ tendit, & quæ secundũ Senec. in prouerb. est accipere quod non possis reddere. [Repelli homines (inquit) facilius quàm decepi ferunt] & Hanc tripliciter committi tradit Diuus Gregor. in moral. dicens. [Sciendum quoq; est, quod tribus modis fraus ipsa commit-
2 titur, quia † per hanc procul dubio, aut tacita cordis humani gratia, aut feruoris auaritia, aut res quælibet exterior desideratur.]

Quinimo simplicitatem idest sin
3 ceritatẽ amplectatur, ex qua † prosperitas elucescit vnde Petr. Rauen. in quadam Epistola dicit: scilicet [Quidam simpliciter viuunt, & in omnib. prosperantur; quidam versantur in dolis, & eis quælibet aduersantur:] Quo fit vt non prætereamus, ea quæ scribit Diu. Gregor. in moral. scilicet. [Nihil simplici corde fælicius, qa ex quo innocẽtiam erga alios exhibet, nihil est, quod pati ab alijs formidet, habet enim, quasi artem quandam simplicitatem suam, neç suspectus est pati, quod se fecisse non meminit: At contra, mens praua semper in laboribus est, quia autem mollitur mala, quæ inferat, aut metuit ne sibi hęc ab alijs inferantur] neq; fugio id quod tradit Bed. de temp. Salom. libr. 1. scilicet [Simplici-
4 tas] sine † rectitudine, dissoluta est & stulta; rectitudo autem, sine simplicitate, austera nimirum existit, & dura, verum vtraq; virtus coniuncta perfectum reddit hominem.]

Et deniq; veritatem amplectatur
5 quàm † matrem iustitiæ esse dicit Bald. in l. Libertini ff. de stat. homin. cuiq; omnia iura fauent l. 1. C. quan. Imper. int. pup. & vid. illudq; præmeditetur dictum, scilicet [Rectè operando ne timeas] Dei timorem, atq; disciplinam præ-
6 seferens, omnis † etenim D.N. Iesu Christi actio, instructio nostri dicitur esse c. qualiter, el 2. de accusat. c. ad nostram de Eccles. benef. & c. Deus omnipotens 2. quæst. 1. cum simil. atq; sic peragat, vt non solum illius virtutis medio recto tramite perductæ eo viuente, sed & post illius obitum de illo numquam felix memoria deleatur iuxta illud Senec. in
7 Epistol. scilicet [Nulli non † virtus, & viuo, & mortuo retulit gratiam si illam bona securus est fide] neq; ea quæ ad sui spectant officium tam de iure, quàm de facto ignorantiæ causa prætermittat, quoniam

8 niam illorum † ignorantia, ad interesse parti lesæ eosdem condemnat c.imperitia, & ibi Dyn.de reg. iur. in 6.l. fin. C. de magistr. conuen. atq; Bart. in l. generali C.de tabell. libr. 10.

Et deniquè fidelitatem seruet, vt eodem ab hoc migrante seculo, dignus vocari mereatur, scilicet. Euge serue bone, & fidelis, quia in paula fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium domini tui, quod nobis concedere dignetur omnipotens, & misericors Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Secundæ partis finis.

Ad laudem D. O. M. ac Clementissimæ B. Mariæ semper Virginis.



IO. BAPTISTÆ MAGONI.

CAVSIDICI PAPIENSIS


DE PRÆCEDENTIA

Causidicorum Commentarij.



TICINI.

Ex Typographia Petri Bartoli. MDCII.



PRUDENTI VIRO PAVLO AEMILIO CANI,

Sororio amantissimo, atq; optimo Causarum Patrono.

Io. Baptista Magonus. S.P.D.



INGVLARIS eruditio, candidissimi mores, summa in omnes humanitas, pietas, spectata deniq; virtus eloquendi, quibus omnibus, et singulis, certè suauissimis Animi dotibus, cæteris causarum Patronis (qui sanè plurimi, optimiq; sunt) te æqualem constitutum video, iamdiù totum me tibi addixerunt. Adhæc Affinitas, iocundissima consuetudo, & quæ sunt huius generis alia mellita permulta (vt, quod res est, ingenuè fatear) me sæpè, ac sæpius cupere voluerunt, vt in aliquo essem numero, eoq; fruerer, & Genij, et ingenij bono, quo me tibi aliquando insinuarem; cuius ore rotundo singularem eloquij suauitatem iccircò emanare videmus; quia iure, meritòq; tibi olim Platonis Apes, maximo ingenio, dulcissima alimenta summæ eloquentiæ instillarunt, dormientis in cunis paruuli labellis mel inserendo; idest non montem Hymettum Thy-

mi

mi flore redolentem; sed Musarum Heliconios colles omni genere doctrinæ virentes. Propterea me tibi deditissimum iure dixerim. Conscripsi vt vides, multisq; circumseptus oneribus, librum de Causidicorum Præcedentia opus sanè tranquillæ mentis, & haud quaquam nostrorum neruorum; quos initio satis firmos esse putaram; re vera, quàm sint imbecilli, ac pertenues, nunc sæpè experior, ac sentio. Neq; hoc quidem, vt pleriq; ostendendæ scilicet eruditionis causa; etenim exiguas ingenij, Genijq; mei vires probè noui: neq; vt alijs detraham, (obtrectatorum more,) quod capiti meo veluti corollam quandam imponam; sed vt probitatem ipsam, quæ maxima profectò in te splendet, cum reliquis ingenij tui dotibus, quæ & multæ et suauissimæ sunt, hoc ego saltem nomine commendem; quo me delectari vides plurimùm. Opus ipsum, cui potius dicarem, neminem vidi certè quàm tibi. Accipies igitur qualecunq; est hoc exiguum munus æquo animo: & cùm me, (quod maximè rogo) à Sycophantarum morsibus ipse defenderis; tùm velim existimes, me fructum, quem animo concepi, vberrimum percepisse laboris industriæq; meæ; mihiq; quod maximè cupierim contigisse, Vale. Ticini die V. Iunij MDCII.

ompen-
eden-

mi flore re
omni gener
deditißimu
tisq; circun
Præcedent
quaquam
mos esse p
pertenues,
dem, vt
etenim ex
neq; vt al
capiti meo
probitate
det, cum
suauißim
quo me
potius di
cipies igi
animo:
tarum n
me fruc
pisse labo
pierim c

INDEX
Eorum omnium quæ in hoc Compendio de Causidicorum præcedentia continentur.

A

a

T

V

FINIS.

Errata corrigenda primæ partis.

Pag.12 col.1.lin 2 verberetur verberet, pag.20.col.1.lin.pæn. & quos qui, pag 21.col.2.lin.32. deuictus deuinctus,pag.25.col.2.lin.27.iſdem idem,pag.28.col.2.lin.5.hominem homine,pag.29.col.1.lin.23.vocum vocum,pag.31.col.1.lin 34.iſdem idem, ibid lin.19. talem in talem, ibid.lin. 22.retrogradu retrogradus, pag.34.col.1 lin.19. eſt Princeps amplectendus Princeps amplectatur, ibid.col.2.lin.15. eſt vtendus viatur,ibid.lin 17.gerendus gerat, pag.35.col.2.lin.22.conciliabitur conciliabit, pag.36 col.1.lin.15.ipſius ipſum,ibid.col 2.lin 24.proceſſius proceſſu, pag.39.col.2.lin.22.nemini neminem, pag.40. col.1.lin.16.illorũ locos ſua loca,pag 40.col.2.lin.16.rebumbando reſonando,pag.41.col.1.lin.19.& 20.intelligẽdi intellectu interpretatione atq; definitione.pag.41.col.2.lin.23.eximiã exiguã,ibi.col.2.lin.2.via ſe via,ibi. lin.22.aſcẽdiderit aſcẽderit, pag.43.col 1.lin.16.exanimet animet, pag.47.col.1 lin.27. iniungit inungit pag.52.col.2.lin.25.ad primos ſedeant locos primi ſedeant locis, ibid ſecundi ad ſecũdos ſecundi ſecũdis, pag.61.col.1.lin.3. dicendum dicendus,pag.62.col.1.lin.vlt.excipitant excipiant, pag.65.col.1.lin.8. particeps participem, ibid.col.2.lin.11.eiuſque eius,pag.67.col.2.lin.16.iſdem iiſdem, pag.69.col.1.lin.12. haberet habere,pag.73.col 1.lin.13.melium melius,pag.74.col.2.lin.2 iſdem idem, pag.76.col 1.lin.13. ſeu ſe,pag.76 col.1.lin.penult.rogitur rogitum,pag.79.col.1.lin.15.expers ſagax, pag.80.col.2.lin.2.iſdẽ idem, ibid.lin 16 malum vſum, pag.81.col 1.lin.17. iſdem idem, pag.89.col.2.lin.13.eccin ecce, pag.91. col.1.lin 34.expers verſatus,pag.93 col.2 lin.10.deſpeteretur deſperet,ibid.lin.30.iſdem idem,pag.102.col. 2.lin.27.inæmen inermem, pag.105.col.1.lin.27.recuſet ſi recuſet,ibid.col.2.lin.10.iſdem idem,pag.108 col.1.lin.33 honor honorem,pag.109.col.2.lin 19.nobilis nobilem,ibid.lin.pęnult.niſi non niſi, pag.111. col.1.lin.12.ſeruus ſeruum,pag.130.col.1 lin 12.pupillar pupillares,ibid.lin.23.thematẽ thema,pag.131. col 2.lin 33.execatrix excecatrix,ibid.lin.13 niſi non niſi, pag.134.lin.4.ce ſtylo ceu ſtylo, pag.137.col.2. lin.17. quidq; aliquid,pag.138.col.1.lin.5 habeat debeat,ibid. lin.18.per pro, pag.140.col.2.lin.11.olim loci, ibid.lin 21.tamen ſaus,pag.142.col.2.lin.28.compilatus eſt compilauit, pag 143.col.2. lin.6. claudicatum claudicans, pag.144.col.1 lin 27.in omittendo omittendo, pag.145 col.2.lin.11.conſulorum conſulum, pag.154 col 2.lin.25. in publicam formam in publica forma, pag.171.col.1. lin. 19. nuncupatio nuncupatiuo, ibid col.2.lin.3.cuius qui, ibid.lin.4.poteſtas poteſtate, pag.172.col.2.lin.28. retinentem retento pag.177.col.2.lin.7.nec &.

Errata corrigenda ſecundæ partis.

Pag.4.lin.2.diſegnantur deſignantur,pag.4.lin.5.ad el primo atquè, pag.4.lin.15. illius illud, pag. 5. lin. 33.col.1.hoc hac,pag 5.lin.19.col.2.patriq; patreq;,pag.9.lin.18. col. 2. prædicti prædicta, pag.10. lin. 12. col.2.familiam famulam,pag.11 lin.16.col.2. priuatum prlmatũ, pag.12. lin.20. col.2. teneatur tenetur, pag.15.lin.29.col 1.teſtabilius deteſtabilius,pag.17. col.1. furatum furatam. pag. 18 lin.17. ſui ſuis pag. 23.lin.12.col.1 dominum domini pag.23.lin 9.col.2.nomine minime.pag.32. lin.17. col.2. Aluſij Aluiſij pag.33.lin 14 col.1 Cornazzanus Cornazzanis, pag.33. lin.17. quæ exercitij quæ ad ex exercitij, pag. 33.lin.28.col 2.quæ tu, quæ tamen, pag.34. lin.11 col.1.Brabontiæ, Brabantiæ,pag.53. lin.12. col.2.explorat, exploratur.pag.64.lin 2.col.1.Diuus,Diui,pag.68.lin.vlt.col.1. Examinatas, examinatus, pag.72. lin.19.un deſumatur, vnde ſumatur,pag.78. lin.31. col 2.mutus,nurus. pag.78.lin 17 col.1.aut, autem. pag 81.lin 33.col.83.ad eò,adeò.pag.96.lin.24 col.1.intellectu,intellectu,pag. 100.lin.10. col.1. ſcriptura, ſcripturam,pag,101.lin.13.col.1.ſententia ſententiæ. pag. 102. lin.17. col.1. caſus caſu, pag. 106.lin. lin.17.col.1 pro pet,pag.110.lin.14.col.2 in genere ingerere,pag.118.lin.20. col.2. conficentur confiſcẽ- pag.1-3.lin.24.col.2.dici dicit, pag 134. lin.12. col.1. intrumentum inſtrumentum, pag.13. lin.12.col.1. poteſt poſsit.pag.135 lin.1.col.1.notarium notarij.pag.137.lin.14 apocam apocham, pag.137. lin.16 ab radens abradens, Pag.138. lin.16. illum illam, Pag 146.lin. 18 inſiigentur inſtigantur ,pag.146. lin 20. Notario Notarius. Pag.150.lin.5. col.2. quid quod, pag.158. lin.4. præſeſerentia præſeſerentia pag.160. lin.3. col.2. paula pauca.

Errata corrigenda tertiæ partis.

Pag 1.lin 13. producunt producant, pag.1. lin.17. geſſerit geſsit, pag.1 lin.18. legerit legit, pag 1.lin.27. Doctoratus Doctorato,pag.4.lin.14.col.1 Monarcha Monarchia,pag.7.lin. 19. nobilitas nobilibus pag.8. lin.vlt col 1.habeant haberent, pag.21.lin.27.prærogatiuè prærogatiuæ, pag.27.lin.32. col.1. magiſtrum magiſtram,pag.27.lin.20.col.2.aliquam aliquem,pag.31. lin.18. col.1. intentum interitum, pag.40. col. 2.lin.16.tum cum,pag.48.lin 38.col 1.degeruntur digeruntur,pag.49.lin.15. col.2. inſtutum inſtitutum

IO. BAPTISTÆ MAGONI CAVSIDICI PAPIENSIS.

De Præcedentia Causidicorum Commentarij.

A TEMPORE

Præcedentia quotupliciter detur, & ratione Temporis, quando alicui competat. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, ius commune subuertit.*
2 *Aduocatus, de iure ciuili, iuxta iudicem sedere non debet.*
3 *Honor maior in sedente, quàm in stante redarguitur.*
4 *Ambitio, & Charitas, diuersos quosnam producunt effectus.*
5 *Superbus, quisnam dicatur.*
6 *Ordo, omne bonum continet.*
7 *Præcedentia quotupliciter detur.*
8 *Prælationem meretur is, qui officium aliquod diutius gesserit.*
9 *Doctor, qui diutius in scholis legerit, cæteros antecedere debet.*
10 *Auctoritatis maioritatem nobilitatisq; prærogatiuam, priorem in tempore alium inferiorem postponere aliqui dixerunt.*
11 *Temporis ordo, quando inspici debeat.*
12 *Prior in tempore, potior in iure dicitur esse.*
13 *Experientia, ad iuris & iustitiæ regimen valdè necessaria est.*
14 *Consuetudo, quæ aliquem posteriorem, in tempore priori anteponit, non valet.*
15 *Ordini ordinato aggregandi, quomodo inter sese succedant.*
16 *Ordinatis eadem die, quomodo præcedentia detur.*
17 *Approbatus, & licentiatus, an medio tempore Doctoratus lauream assecuto sit præferendus.*
18 *Temporis ordo, in ijs, quæ paritatem præseferunt semper inspicitur.*
19 *Prioritas modici temporis, an in consideratione habeatur.*

QVamuis in prima, pręcedentis Tracta tus parte breuiter circa muneris di cendi causas officium, illiusq; prærogatiuas, disceptatum fuerit, non ob id insignem Causidicorum Aduocato æquiparationem iam pridem significatam, atq; optimis fundamentis munitam sic pede sicco pręterundam duxi, quin eorumdem Causidicorũ magnificentiam pandam, & præsertim in huiusmodi Inclyta Ciuitate residentium, quorum nomina, & cognomina], in secunda huius operis parte sunt recensita, quibusq; adiunctos esse volo. Augustinum Ripam, Christophorum Curtiũ, Io. Victorium Cauaneũ, Io. Baptistam Valentem, Alexandrum Cauaneum, Io. Antonium Burgundiam, Bartholomeum Ventrinum, Gabrielem Pezanum, & Io. Paulum Leggium, nonnullis alijs prætermissis, in huius officiũ gerẽdi proxima spe existentibus, quorumq;(inquã) Causidicorũ magnificentia inter cætera prospicitur, circa illorũ sessiones, quorumq; decus, in sedendo, eisdemq; publicè arrengantibus causasq. tuentibus de se patefacit, præsertim in hoc Papiensi foro, & ex consuetudi-
1 ne, quæ † ius commune subuertit l.minime, & l.de quibus ff. de legibus, quandoquidem
2 † iuxta iudicem pro Tribunali sedentem Aduocatum sedere prohibeat §.illud, de clericis 17.distinct. textus est apertus in l.1.C.de offic. ciuil. iud. Spec.in §. hic dicendum num.
3 1.tit. de Aduoc. maior quidẽ † in eis sic sedentibus, quàm stantibus arguitur honor, vt notat Bald.in l.quoties C. vbi Senator.vel Clariss.sic itaq. ordine pacifico ij sedent, vt omnino inter eos præcedentiæ Ambitio Secessum arripuerit, & quę Ambitio, charitati est contraria; quare dicere consueuit Petr.Rauen.in Sermon.[Ambi-
4 tio † est, quædam Simia charitatis; Charitas enim patiens est pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis, charitas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus, charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate, vtraq. omnia credit, omnia sperat, sed longè dissimili modo] Vnde Isidor. libr. Etymolog. dicit [superbus
5 dictus † est, quia supra vult videri, quàm est, qui enim vult supergredi, superbus est.]
6 Sed quoniam ordo, in quo † omne bonum consistit secun-

dum Diuum August. de natura boni, & alios relatos p Luc. de pen. in l. 2. circa princip. C. de prox. sacr. libr. 12. rei perfectionem designat c. nihil 7. quæst. 1. Bal. in l. 1. ff. de orig. iur. & vt dicit Angel. in l. 1. §. nunc videamus ff. de oper. nou. nunt. quem refert Ioannes Neuizan. in sua Sylua nupt. in princip. num. 8. [La più bella cosa del mondo si è l'ordine, sine quo nihil potest commendari, cosa senz'ordine si è à modo d'vn Zebaldone] Idcirco, breuiter circa præcedentiam à iure communi concessam, ordinem seruandum demonstrabo.

7 Præcedentia itaq. † (omissis ijs, quæ ad dignitates supremas spectant) vno vel pluribus, simul, vel diuisim ex infrascriptis concurrenti, siue concurrentibus, cuilibet competere potest:

Primo temporis ratione.
Secundo nobilitatis concursu.
Tertio loci causa.
Quarto ætatis permissione:
Quinto scientiæ tutamine.
Sexto praxis interuentu.

Quò ad primum ratione tempo-
8 ris, illum, † qui diutius officiũ aliquod gesserit esse præferendum, indicat nobis textus apertus, in l. 1. vbi Doct. & præcipuè Bart. ff. de Alb. scrib. ad id optimè facit text. in l. vt gradatim, necnon & in l. Honor §. gerendorum ff. de mun. & honor. Bart. in l. 2. C. de decur. quo casu in defectum, immediati superioris Capituli, vel Collegij superior is dicitur esse, vt dicit Angel. in cons. 45.

9 Sicuti pariter de Doctoribus † in scholis legentibus dicendũ est, vt scilicet ij, qui magis diu turnè legerunt, cæteros antecedant, Alex. in d. l. cum quid num. 8. ff. si cert. pet. Abb. Fælyn. & cæteri Doct. in c. clerici de iud.

Huic namq. propositioni aduersatiuè insurgere videtur textus in l. Honores ff. de decur. sic formaliter dicens.

Honores, & munera non ordinationi, sed potioribus quibusq. iniungenda sunt.

Vnde glosa ibidem cum suprascripto textu concordat textũ in §. ordinationem collat. 1. Auct. de Monach. & textum in l. ad subeunda C. de decur. lib. 10.

10 Hinc fortè † est, quod voluit Dominic. in c. Episcopos 17. distinct. canonicum posteriori loco receptum in Ecclesia, alterum antiquiorem, & in prio-

 ri lo-

ri loco sedentem, minorem tamen illo posteriori nobilitate vel scientia, præcedere debere per text.in c.Isidorus 16.distinct.& ideo ibid. dixit Card. Alexan.quem allegat Ioannes Montagniæ,de author.magn. consil.num.mihi 62. non temporis prioritatem, sed authoritatis maioritatem attendi debere, quod idẽ deduxisse dicit Barbat.in cons.58.lib.2. & Petrum de Monte in sua Monarcha quæst.5.vers.post Archiepiscopos,cum seq. & quamuis illud sit generale, vt qui prius dignitatem fuerit adeptus, cæteris proponatur c.episcoporũ 74.distinct. hoc tamen verum esse dicit Boer.loco de quo supra sub num.55. nisi posterior maiorem habeat dignitatem, quia licet is posterius ordinatus sit, cæteris tamen præponendus est,per tex.in c.placuit 18.distinct. & in c. statuimus, de maior.& obed. quod sequitur Fælyn.in rubr.tit. eodem, dicens posteriorem meliorem tamen sanguine, priorem & seu antiquiorẽ præcedere debere,allegatq. Bal.in l.nemini C.de aduoc.diuers.iud.&ad rẽ faciunt,ea quæ notat. Sicul. in c.venerabilis de præben.

His autem prima facie,nisi maxima cum difficultate remotionem non expectantibus, pro conclusionis prædictæ defensione,distinctionis Clypeo insurgit Bart.in l.2.§.prius num. 6.ff.de vulg. & pupill. substit.
11 dicens scilicet. Aut honoris † causa,loquimur de ijs,qui iam ordinati sunt ad inuicem præferendi, & tunc ordo temporis inspicitur per text. in l.1.ff. de alb.scrib.d.l.1.C.de consul. lib.12. hoc cõfirmatur ex Bal. in c.cum olim de consuetud. allegãte, clericos antiquiores præcedre, deinde reliquos per ordinem antecedere debere, & idem dicendum est, de Episcopis, qui primo ordinati ad primos, secundi ad secundos, & sic successiuè gradatim succedunt locos, c. Episcoporum 74.distinc.Cassaneus,de glor. mundi,cõsideratione 23. quarta parte, & prout diximus in antecedẽtis operis parte Cap. de Episcopis.

Sed hoc est in viridi obseruantia vt in ordine ordinato, qui prior est in tempore. posteriori præferatur,quæ quidem obseruantia non dedignatur, illam iuris regulam immitari, prio-
12 rem † scilicet in tempore, in iure potiorem dici debere l. in operis ff.locat.& ad materiam nostram facit text. in l. nemo C.de offic.magistr.offit.atq. in

l.vni-

l.vnicuiq. C. de proxim. Sacr. Scrin.& vt in pũcto affert Bar. in d. l. 2. C. de decur quod pariter nos quotidie experientia
13 docet, quæ † ad iuris, & iustitiæ regimen valde, est necessaria, vt dicit Spec. in rubr. de libell. concept. ex quo etenim, collegiati Doctores, inter sese antiquiores prioriq. tempore receptos, antecedere permittãt, quod idem obseruat, & Excellentissimus Mediolani Senat⁹, & cæteri quicumq; Magistratus, quam pariter obseruationẽ ad vnguem in Regno Franciæ seruari dicit d. Ioan. Montagniæ d. tract. de author. magn. consil. nu. 81. circa mediũ: quinimo Boer. ibidem in glos.
14 pro constanti tenet contrariã † consuetudinem, vt scilicet posterior priori præferatur, aliquo pacto non valere per Io. Andr. & Doct. in c. 1 de maior. & obed. & sic intelligant iura in primordio significata.

Aut verò loquimur, respectu eo-
15 rum † qui ordinandi sunt, seu ordini ordinato sunt aggregãdi, eo namq; casu, non temporis ordo, seu antiquitas, sed merita attendi debent, ita vt quò magis, quis dignus esse reperiatur, eò magis minori digno prçferatur, d. l. Honoris in princip. ff. de decur. & sic deducta in contrarium intelligi debere dicit Bart. in d. §. prius, & qđ idem sequi videtur d. Montagnie d. tract. nu. 63. Ad id facit quod tradit Roman in l. si verò §. de viro 3. fallent ff. solut. matr. & quod dicit Bart. in l. vnicuiq; C. de proxim. Sacr. scrin. libr. 12.

16 Sed quid si † duo, vel plures eodem tempore, seu eadẽ die ordinati fuerint, quisnam illorum præcedentiã merebitur? Bart. in l. 1. ff. de obseq. à liber. & libert. parent. & patr. præstan. dicit illum, qui ætate, & alijs cõditionibus, dignior est, præferendum esse, quod pariter tenet glos. in c. Sacrosancta vers. prçsenti cessione circa medium de author. Sacri Concil. & sic procedere dicta Fælyn. & cæterorum Doct. aduersatiuam partem tenentium, ait Ioan. Montagniæ sepe allegato tract. num. 64. quod tamen dictum Bart. intelligas verùm quoties, duo simul ad laureã coronam doctoratus suscipiendam concurrere vellent, quoniam necessaria prioritas, & temporis posterioritas, non patitur, vt vno ictu ambo puncta recitent, vt euidentissimè tradit D. Sfortia Oddus in cons. 14. num. 37.

17 Modo quæritur si aliquis † fuerit

fuerit approbatus, & licentiatus, ad se præsentandum pro suscipienda Doctoratus laurea, aliqua die præcisa, hoc autem medio tempore alter Doctoratus fuit, quis nam tũc eorum prælationis dignus erit?

Arduam hanc quæstionem latè examinat d. D. Oddus memorato conf. 14. per totum, & p parte affirmatiua scilicet, qđ licentiatus præferendus sit doctorato medio tempore vt supra, quamplures allegat Doctores, sic de communi, & magis commmuni attestantes, præcipuè Angel. Aretin. in §. quædam nu. 19. Instit. de act. Riminal. in tit. quib. alien. licet vel non. num. 99. & 100. dicentem sic seruatum Ferrariæ, & per illius Ciuitatis Collegiũ sic decisum fuisse, & quàm cõmunem opinionem dicit Dec. in c. clerici, de iudit. & de magis communi attestatur Gabr. lib. 6. conclus. tit. de maior. & obed. conclus. 1. num. 1. videas pariter Ioan. Mõtagniæ d. trac. de auctor. magn. consil. sub nu. 98.

Quibus tamen non obstantibus, quamplurimisq. fundamentis per eundem corroboratis, negatiuam tenet d. D. Sfortia, scilicet non licentiatum, sed medio tempore doctoratum præferri debere, subtillissimis, quidem rationibus atq. argumentis, defensione Doctorum munitis, præcipuè Alciat. in tract. præsumpt. reg. 1. præsump. 45. sub num. 2. & 3. Ias. in l. cum quid ff. si cert. pet. & in cons. 192 incip. exorta est, vers. nec obstat text. in d. l. 1. lib. 2. Roman. in cons. 333. & quamplurimorum cæterorum, & hanc secundum opinionem, tutiorẽ dixit ibidem sub num. 36. & quam sine dubio in vsu, partibus Italiæ magis receptam significat, sub num. 25.

Tandem, eruditissimè responsis aduersatiuè ibidem congestis, per eundem allatis, eadem cõtraria procedere dicit, in ijs licentiatis, qui Doctores declarati sũt, licet eis insignia actualiter tradita non sint non autẽ in ijs licentiatis, quibus tantũ ad se doctorãdum licentia data est auctoritate Alciat. cons. 722. nu. 4. post Signor. cõs. 51.

Ideo concludendo dicas, quod in
18 ijs, quę † paritatem præseferũt semper inspicitur ordo temporis, vt innuit Bart. in d. l. 2. §. prius ff. de vulgar. & pupill. per text. in l. vt gradatim ff. de mun. & honor. nisi tamen aliter esset prouisum, vt ibi per eum, & vt apertè colligitur ex textu in d. l. 1. C. de consul. lib.

12. Si

12. Si verò versemur in ijs, quę disparitatem inducunt, tunc multotiens secus cōsideratur, quoniam dignior pręferendus est, iuxta dispositionem text. in l. 2. & ibi Doct. C. vt dignit. ordo seruet. d. libr. 12. An autē
19 † prioritas modici temporis considerationis sit digna vide Soc. Sen. in l. qui diuus in princip. col. 2. vers. 5. nota & in l. cum pubere notab. 1. vers. ex quibus infertur ff. de reb. dub. atq; Dec. in c. clerici, num. 32 de iud.

In cæteris verò iuribus realibus, vel personalibus, quomodo prælatio temporis concedatur vide Dyn. in l. priuilegia ff. de priuileg. cred. & in c. qui prior de reg. iur. in 6.

A NOBILITATE.

Nobilitatis species quot sint, & ad veram nobilitatem inducendam quænam concurrere debeant, deniq; an virtutis nobilitas, sanguinis nobilitati sit præferenda, singulatim, ordinatoq; modo, ex hoc capitè colligitur. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Honores Magistratus, & Ciuitatum, nobilitas potius, quàm ignobilibus competere debere significatur.*
2 *Plebeius ad dignitates subleuari non potest.*
3 *Nobilitatis species quot sint.*
4 *Nobilitas, ex nonnullorum sententia, tria copulatiuè desiderat.*
5 *Nobilitas, sola est, quæ animum moribus ornat, & num. 13.*
6 *Diuitiæ, familiarum honestatem conseruant.*
7 *Diuitiæ non reprobandæ sunt cùm hominem exultent.*
8 *Diuitiæ tantùm, an aliquem nobilem constituant.*
9 *Qualitas personæ, per quam receditur à statutis est attendenda.*
10 *Pauper dicitur, qui pauca habet.*
11 *Inops quis dicatur, remissiuè.*
12 *Pauper nobilis, quem verecundia è domo exire probibet, non ob id nobilitatem amittit.*
13 *Virtus sola, ex aliquorum sententia, nobilitatem tribuit, & num. 20. & 21.*

14 Virtus

1 CLarum illud est, † ad honores magistratus & Ciuitatum dignitates, nobiles potius, quã ignobiles assumendos esse cęterisquè præferendos, vt inquit Tiraquel. de nobilit. Cap. 20. in princip. per text. in §. 1. in verbo viri obscuri, & iterum in vers. interim in verbo vniuersi nobiliores, & in §. vlt. vbi Angel. Auct. d. defens. ciuit. ideoq;
2 videmus † plebeium ad dignitatem eligi non posse, auth. Præsides in princip. ibi [nobiliores ciuitatum] & ibi Alber. C. de Episc. aud. vt pariter notat Io. de Platea, in l. 1. C. de conditis in publ. horr. lib. 10. cuius rei gratia, Romulus, antiquus ille Romanus, illustres genere, virtute, atq; pecunijs, ab ignobilibus, atq; humilibus diuisim constituit, illos namq; patricios, vel ab ętate, vel quod filios habeant, vel ob generis nobilitatẽ, hos verò plębeios sic appellari voluit, vt dixit Dominic. Halicarnasseus Antiquitatum Romanarũ lib. 2. quem refert allegatus Tiraquel. memorato cap. 20. num. 4. qui cùm exuberanter nobilitatis prærogatiuas atq; priuilegia recenseat, vlterius elaborandi causam mihi abstulit.

Delectabilem tamen quæstionẽ illam aufugere nolo, quinimo videre necessarium est, an nobilis virtuosum, vel virtuosus nobilem præcedat.

Necessarias igitur nobilitatis spe-
3 cies, oportet scire; quas † tripli ci membro distinctim adducit Bart. in l. 1. nu. 57. C. de dignit. lib. 12. quarum. Prima Theologica, seu supernaturalis. Secunda verò naturalis. Tertia tandem politica, & ciuilis nuncupatur, & ideo primam, ijs qui sunt apud Deum applicat de qua ibid. sub num. 58 & de qua

habetur

habetur ex sentent. Magist. di-
stinct. 12. lib. 2. Secundam au-
tem bipartitè diuidit, sub nu.
59. Primo iuxta animalium
rationalium, & irrationalium
cæterorumq; sensu carentium
congruentiam, ita vt eorũdẽ
operationes nobilia ab igno-
bilibus, distinctim constituant
& de qua cauetur ex l. 1. C. de
cond. in horr. pub. libr. 10. l. sed
& si qs § 1. ff. de vsufr. l. si quid
ff. de edict. ædilit. Tertiam de-
niq; politicam, & ciuilẽ, idest
qualitatem quandam à Princi
pe illatam, & de qua habetur
text. in l. nobiliores C. de com
merc. latè, sub num. 61. & 62.
idem Bart. explanat.
Nonnulli pariter dixerunt, nobi-
4 litatem † tria copulatiuè desi-
derare, scilicet natalium nobi
litatem, honorem vitæ conspi
cuum, & patrimonij diuitias
ex dispositione textus in d. l.
nobiliores. Primum probatur
ex d. l. 1. C. de dignit. & l. Sena
toris filium ff. de Senat. Pro-
uerb. c. 18. ibi [gloria filiorum
patres eorum] Abb. in c. licet
ad fin. de cẽlib. Clem. 2. in prin
cip. de sentent. excommunic.
& quomodo id intelligatur, vi
de Bart. allegata l. 1. num. 54.
Secundum demonstrat text. in
l. Humilem C. de incest. nupt.
vbi Salyc. dicit quod pauper-
tas, vel diuitiæ aliquem nobilẽ
vel ignobilem non faciunt, sed
status conditio, vel virtus, &
commendatio vitæ, & de quo
etiam diximus supra in prima
parte Cap. 45. quare Cardin.
in Clem. 2. de sent. excommu-
5 nicat. hæc pfert scilicet † [no
bilitas sola est, quæ animum
moribus ornat] de qua in c. ve-
nerabilis de præben. Salycet.
in cons. 246. incip. eleganter,
& subtiliter vers. ratio est, quia
lib. 2. & Fæl. in c. super eo 2. &
3. col. de testib. Tertium colli-
6 gitur, ex eo quod diuitiæ † fa-
miliarum honestatem conser-
uant §. sancimus Auct. de test.
l. si pietatis C. de suspect. tut.
Arist. Aethicor. lib. 1. Angel. in
l. penult C. de his qui bon. ced.
poss. l. si creditores ff. de priui-
7 leg. cred. & ideo diuitias non †
esse reprobatas, cùm hominẽ
exultent dixit Fæly. in c. super
eo el 2. in princip. col. 2. de te-
stib. & licet generaliter Saly-
cet. in d. l. humilem dicat diui
8 tias aliquem † nobilem, neq;
ignobilem non facere, intelli-
gitur tamen id procedere sim
pliciter, quia si morum integri
tas cùm diuitijs concurrat,
tunc diues nobilis dici poterit,
si verò mali mores diuitias cõ
comitẽtur, tunc proculdubio,
diues ignobilitatem acquirere

nulli dubium est. Lactantius ideo lib. 5. de iustitia capite 16 sic scribit [Diuitiæ non faciũt insignes, nisi quos possunt bonis operibus facere clariores] cuius rei gratia, vide quæ tradit Tiraquell. de nobilit. cap. 3. vbi allegat Dantem Florentinum Poetam tenentem diuitias sua natura viles esse, ideoquè illas non posse conferre nobilitatem, prout etiam innuit Bart. d. l. 1. C. de dignit.

Aduertas tamen, quod quamuis diuitiæ ad perficiendam nobilitatem tendant, non tamen sequitur, quod pauper nobilis dici non possit, quandoquidem
9 personæ † qualitas sit attendenda, & per quam receditur à statutis, vt tradit nobis text. singul. in l. sed & reprobari ff. de excusat. tut. c. fraternitatis 38. distinct. & Bart. in l. capitoliũ §. serui ff. de pęn. & proinde no
10 bilis pauper, idest † qui pauca habet, secundum Archid. in c. quo iure 8. distinct. & Paul. de Castr. in l. id quod pauperibus C. dè Episc. & cler. ad differen-
11 tiã inopis † de quo vide Alex. in l. si verò §. si pro rei ff qui satisd. cogant. & in l. accusare ff. de accusat. quem etiam videas in l. si constante col. 4. ff. solut. matr. Nobilis inquam pauper
12 † cui domus exitum verecundia prohibet ob id nobilitatis priuilegium non amittit, l. ad personas egregias ff. de iur. iur. Roman. in Singul. 173. incip. Item quæro, & ibi Romæ sic determinatum fuisse asserit p tex. in c. si qui testium de testib.
13 Alij verò dixerũt solam † virtutem quempiam nobilitare vnde Iuuenalis versus.

Tota licet veteres exornēt vndiq; ceræ.
Atria nobilitas sola est, ac vnica virtus.

14 Quo fit vt † virtus, & nobilitas discriminentur, d. l. 1. C. de condit. in publ. horr. libr. 10. qua de re Horat. lib. 3. carminum, Ode prima, hæc profert scilicet.

Hic generosior
Descendat in campum petitor
Moribus hic, meliorq; fama
Contendat.

Glosa tamen in clem. 1. in verbo necessitas de baptis. dicit nobilitatem, & litteraturam æquiparari per text. in c. de multa de præben.
15 Sed virtutem † nobilitati anteponendam esse expresse voluit Bald. in c. penult. in fin. de probat. per text. in l. pronuntiatio §. matrem fam. in fin. ff. de verbor. significat. Cardinal. in c. illud 40. distinct. Salycet. in l. prouidendum C. de postulan. Panorm. in c. penult. 4. notab. de præben. Alex. in cons. 209. col.

col. 2. lib. 6. quos, & quamplurimos alios sequitur, atq; recenset Tiraquell. de Nobilit. cap. 4. num. 16 ideoq; Cyn. in l. quisquis C. d tit. de postul dicit nobilitatẽ ingenij, & scientiæ, accidentis nobilitati esse præferendam, quod robur desumit, ab ijs, quæ Cicero denotat contra Salustium, scilicet [Ego morib. meis, virtute mea præluxi, vt si prius noti nõ fuerant, à me nomen accipiant] succurrit autem mihi illud Cassiodori dictũ in Episcopos scilicet [Nobilitas à me procedẽs est mihi cordi plusquam, quæ ex patrum procedit nobilitate: quia in quo desinit cuiusq; nobilitas, tunc auorum nobilitate congruè indiget] quare Diuus Hier. ad Celantiam scribit [Sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis: summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutib.] Et Chrysost. in Math. [Ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem suã putet, si dedignetur seruire vitijs, & ab eis non superari, & ibidẽ [Quid enim prodest ei quem sordidãt mores, generatio clara, aut qd nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? ipse enim se vacuum ab omnibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus, quid profuit Cham quòd Noè fuerit filius? nonne separatus de medio filiorum, qui secundum carnẽ frater fuerat natus, secundum animam, factus est seruus, nec familia eius sancta potuit defendere impios mores.]

Neq; tædio mihi erit hìc versus apponere, quos Tiraquell. allegato cap. 4. sub d. num. 16. ex Claudiano in Panegyrico 4. cõsulatus honorij, dum nobilitatem apud Barbaros, virtutẽ autem apud Romanos in maxima cõsideratione fuisse scribit scilicet.

Si tibi Porthorũ solium, fortuna dedisset
Chare puer, terrisq; procul venerandus Eois,
Barbarus Arsacio consurgeret orbe thyaras,
Sufficeret sublime genus luxuq; fluentem.
Deside, nobilitas posset te sola tueri.
Altera Romanæ longè rectorib. aulæ
Conditio, virtute decet, non sanguine niti.

Eiusdẽ fuit sententiæ Demosth. libr. 1. Olynth. hæc proferens scilicet [De nobilitate parum laudis prædicare possum, bonus enim vir mihi nobilis videtur, qui verò non iustus est, licet à patre meliore, quàm Iupiter sit, genus ducat, ignobilis mihi censetur.]

Ideoq; Barb. consl. 57 col. 6. vers.

præterea pondero libr. 2. & in repet. extrauagant. volentes in verbo nobiles, firmiter te-
26 net Doctorem litteratum† & ignobilem, Doctori nobili, & æquè litterato preferri debere qua de re Panormitan. in d.c. penult. col. 2. de præben. prudenter scribit, & enarrat, quod licet ignobilis, qui se virtutib. addixit non adeò sit honorandus, quàm nobilis æquè bene moratus, cùm in isto duplex, & parentum scilicet, & proprius fulgeat honor. ille tamen magis est commendādus, qui sua sponte nullo maiorum exemplo virtutis viam arripuerit.

Contrarium autem sensit Host. in d.c. venerabilis in verbo nō multos, de præben. & ibi dicit quod si quæratur de nobili, & ignobili æqualibus meritis, & scientia, semper nobilis præferendus erit, nobilitas siquidem eo casu gradum adijcit, sicuti in dignitate, vel personatu cōstitutus c. dudum, vel 1. §. 1. de elect. & in proposito allegat textum in l. quod si nolit §. qui mancipia ff. de ædilit. edicto.

Quod pariter generale dicit esse vt scilicet, is qui duplici dignitate est cohonestatus ei, qui alteram tantum habet præferendus sit, Tiraquell. sæpe allegato tract de nobilit. cap. 5. nu. 7. vbi de Comite, & Barone dat exemplum, qui Comiti tantū præfertur ex Bald. in l. sed & milites ff. de excusat. tut. sicq; Doctor, & miles, alteri Doctori tantum præfertur per Fæl. & Dec. in cap. clerici de iudit. vtrumq; tamē dictum saluari potest, vt scilicet per gradus adiectionem, nobilis præferatur, virtuosus autem nobilitatis constituens principium maioris commendationis dignus existimetur, quod idem sequitur Boer. in tract. de Auctor. magnis consil. in verbo filium Doctoris num. 99.

Maximam hanc nobilitatem duplici vinculo vnitam fulgere videmus in personam Illustrissimi Didaci Salazarij supremi in hoc Mediolani Dominio Cancellarij, qui ad maiorem nobilitatem assequendam sanguinis nobilitati, virtutis nobilitatem adiunctam esse voluit, vt iure meritò insignem hunc titulum à P. Philippo Secundo Hispaniarum Rege obtinuerit, cuius ergo auctoritas à Boer. in tract de Auct. magn. consil. sub nu. 8. 10. 23. & 117 enuntiata, adeò eximia est, & de se patens, vt hæc eadem illam patefacere me prohibeat, in quo quidem officio, sic probè actiones suas dirigit, vt profectò

fectò quidquam maius excogitari non possit.

Neq; prætereundum duxi Illustrissimũ Simonem Bossium, Illust. Magistratus Ordinarij Status Mediolani Præsidem meritissimum, qui nobilitatẽ sanguinis preseferens, hãc eandem, virtutum medio nobiliorem reddere non fuit dedignatus, quapropter iure meritò in ipso Perill. Magistratu Principatum obtinet, & ea quę ad illius pertinent officium, sic solicitum se præbet, vt illius operationes tam in actu speculatiuo, quàm practico existentes de illo manifestum perhibeãt testimonium.

18 Concluditur ergo, virtuosũ† nobili minime virtuoso præferendum esse, quidquid contra dicendo enuntiet Roman. in Singul. suo 491. incip. Heri fui interrogatus, & ibi quærit an stante consuetudine, quod nemo, nisi sit nobilis, in Canonicum alicuius Ecclesiæ recipiatur numquid Episcopus, ignobilem sed virtuosum dispensando admittere possit, & negatiuè respondet, quod singulare dicit esse dictum Innoc. in c. fin. de cler. non resid. & malè quidem cum bona pace sic dixit idem Roman. quia secundum Nicolaum Pignolatum, in addition. suis præcipuè allegato singul. 491. & si nobilis virtuosus præponatur, ignobili virtuoso, iuxta Doct. sententiam in d. c. venerabilis de præben. & Bald. in l. nemini C. de aduoc. diuers. iud. & vt supra dictum est, non tamen nobilis minimè virtuosus ignobili virtute excellenti anteponendus est, ex omnium sententia in d. c. venerabilis, & præcipuè Panormit. ibidem, vbi apertè dicit non valere statuta, disponentia Canonicos, nobiles esse debere, quoniam eo casu, ignobilibus virtuosis nocumentũ pararetur, quod idẽ sensit auctoritate aliorum Doct. Tiraquel. sępius allegato tract. cap. 20. sub nu. 18. quinimo d. Roman. sibimet contrarius in Singul. 650. incip. nobilitas, Cyni sententiæ adheret in d. l. quisquis C. de postul. nobilitatẽ scilicet scientiæ, nobilitatem generis præcedere debere, quod exemplis patet, quæ ad confirmationem inducuntur, secundum Bart. in l. nemo C. de sentent.

Iustinus etenim libr. 24. quem in puncto refert Tiraquell. loco proximè supra allegato sub num. 9. inter alia tradit Sosthenem, ob plura virtutis beneficia multis nobilibus, Regnum Mace-

Macedoniȩ affectantibus, ignobilem ipsum fuisse præpositũ, & vt ibi scribit Tiraquell. [Si in vno virtus effulserit, in alio nobilitas, quis dixerit præferendam virtuti nobilitatem? certè nullus] quod pariter eodem cap 20. confirmat sub nu. 17. & ideo optimè dicit sub allegato nu. 9. quod, id dum dicitur nobiles cæteris esse præferendos, id cæteris per omnia paribus intelligendum esse, cuiusq; sententiæ dicit esse Petr. Anchar. in cons. 339. incip. pro maiori, & vt etiam sic intelligunt Hostien. & Henric. in d c. penult de præben.

19 Maior igitur † nobilitas, in aliquo dicitur consistere, qui virtute propria illam assecut⁹ est, quàm is qui ab ascendentibus, & seu ab alijs deriuatam retinet, Ideo Neuizan. in Sylua nupt. libr. 4. num. mihi 131. prope finem illud Landriani dictum in Epistola ante Geminiani lecturam refert scilicet.

Che sol chiar'è colui chi per se splende.

Vnde Zoderic. Zamorensis, de Spec. vitȩ human. Cap. octauo dicit [Qui ergo veri nobiles esse cupiunt, aliquid agant, vt sint nobiles; quia & maiores sui (nisi aliquid præclarũ egissent) numquã nobiles fuissent] ideo Chrysost. quem allegat eò loci d. Zoderic. hæc profert [Vana est nobilitas carnis infructuosa, & pudorosa, atq; nociua, nisi comitetur virtus] & Boet. [quàm inane, & quàm fictile nobilitatis nomen, quis non videat? Quare splendidũ te, si tuam non habeas, aliena claritudo non efficit] pro quo bene facit glo. in c. numquam 56. distinct. Hos continens versus scilicet.

Malo pater tibi sit Thersites dummodo tu sis
Aeacidæ similis, vulcaniaq; arma capessas:
Quam te Tersitæ, similem producat Achilles.

20 Sola igitur † virtus nobilitas dicitur esse, quod etiam denotant nonnulla verba scripta circa sedilia in Romæ Capitolio, vt refert Neuizan. in Sylua nupt. allegato lib. 4. d. num. 132. quæ sunt hæc videlicet.

Sola verò, & clara virtus nobilitas est, qua duce optimè Reipub. consulitur. Nõ enim aliena quis, sed propria glorietur, ne dum præclara maiorum nititur iactare facinora, se potius degenerẽ fateri tacitè videatur. Sũmo, itaq; studio ad illã anhelet, vt virtute præditus consulendo prosit Reipub. Senatuiq; Rom.

Hoc

Hoc quidem clarissimum est, ex quo etenim viri quamplurimi etiam nobilitate sanguinis ful gentes, virtutum medio, nobilissimos effectos fuisse prospicipimus, nonne hoc tibi notũ est? inter cæteros, Illustrissi-
21 mum Iacobũ † Menochiũ Ill. Magistrat' extraordinarij Sta tus Mediolani Præsidem dignissimum, ad illius familiam magis, atq; magis ampliandã, virtutum adeò amatorem fuisse, vt & quamplurimis in regionibus, atq; Accademijs, legendi publicus, atq; primarius, professor fuerit creatus, cuiusquè integritatem eius scripta publicè Typis edita sic patefaciunt, vt circa ea quæ & Theoricam, & Praxim præseferunt hunc eundem quamplurimos alios amplissimos, atq; famosissimos (qui iam scripserunt) Doctores longè excellere nulli sit dubium. Qua de re ad suorum laborum præmium, à P. Philippo Hispaniarum Rege Secundo. Et in Excellentissimo Mediolani Senatu, Senatoriatus Cathedram, & postremò d. Illustr. Magistratus extraordinarij primum locum obtinuerit, in quo quidem adepto officio adeò viriliter se exercet, vt omnibus, de illo benedicendi perpetuam præstet memoriam.

Et quamuis nobilis dicatur is, qui ex consuetudine loci nobilis reputatur, & is qui ex genere nobili descẽdit, vt inquit Cassan. in Consuetud. Burgund. tit. des droicts Rubr. 4. §. 19. glos. 2. num. 12. Attamen illa
22 nobilitas † vera est, quæ ex alicuius virtute prouenit, quoniam de generis nobilitatè disputare, est stercoris, & luti nobilitatem proponere, vnde apud Machabeos scribit [gloria eorum stercus, & vermis] quod in puncto affert allegat' Zamorensis d. cap. 8.

23 De nobilitatis † præeminentijs diserere opere prętium mi mine duxi, quas vt dixi ad vnguem Tiraquell. in suo memorato tractatu optimè discussit, & cuius etiam rei gratia, nõ omittas, ea quę prudenter scripsit dictus Cassan. loco per me superius citato, scilicet in d. 2. glos. nu. 20, & in §. 20. glos. 3.

A L O-

A L O C O.

Loci Præcedentia, cuiquam tripliciter competere posse vel ratione viæ, vel Sedis, vel tandem originariæ habitationis, quorum omnium essentiam singulatim tradit Author. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Locorum variæ sunt sedes.*
2 *Prior in via, in ordine prior dicitur esse:*
3 *Manum dextram in via tenens, superiorem locum habere dicitur.*
4 *Dextera corporis pars, sinistra præstantior consideratur.*
5 *Dignior à dextris, inferior verò à sinistris sedere debent.*
6 *Locus dignior quisnam dicatur.*
7 *Princeps, Regni est Dominus.*
8 *Principis locus, regale culmen appellatur.*
9 *Princeps, quasi primum locum capiens dicitur.*
10 *Primus locus, & prima cathedra sonat in præcedentiam, tituliq; claritas præeminentiam denotat.*
11 *Dignitatis altitudo, præcellentiam significat.*
12 *Doctoribus celsior debetur locus, quibus laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur.*
13 *Doctorum nomina, atq; cognomina, in Ticinensi Gymnasio publicè profitentium iuxta ordinem Excellentissimi Senatus Mediolani singulatim recèsentur.*
14 *Locum alicui destinatum, occupare nemini licet.*
15 *Inferior, locum maioris indignè occupans, eiusdem loci consueti fit indignus, atq; vltimi meritus existit.*
16 *Originarius, incolam præcedere debet.*
17 *Incola, forensis propriè non dicitur.*
18 *Ciuis ex priuilegio creatus, quando propriè ciuis dicatur esse.*
19 *Ciuis quisnam dicatur, & an onera soluere debeat, & quid si non habitet, remissiuè.*
20 *Honores duo, simul, & originario, & incolæ repræsentati, ad illos consequendos, quisnam eorum prælationis dignus erit.*
21 *Duobus de præcedentia disceptantibus, quoties non appareat quisnam illorum sit originarius, quid peragendum, remissiuè.*
22 *Ciues duo, inter sese equales, de præcedentia contendentes, quomodo præcedentiam mereantur.*

Quoniam

1 QVoniam locorum † variæ sunt sedes,veluti prima elementa, vt inquit Arist. 1. Rethorico.& vt habetur ex l.si seruus plurium §.si numerus ff. de legat. 1.& quæ deduci possunt,à natura,à moribus,à consanguinitate, ab amicitia & inimicitia,à charitate & amore, à consuetudine, à subiecta materia, à conuenientibus,ab alia lege, ab arbitrio viuentium,à necessitatè,ab effectu, ab euentu, à rigore, à bono, & æquo, & id genus multis,proindeq; Angelus Matheacius celeberrimus I.C.de via,& ratione iuris cap. 9.de argumentis,& præsump. num. 16.lib. 2.adducit huiusce modi probationes complecti vniuersam naturam,& seu amplissima illarum omnium rerum genera scilicet substātiā, quantitatem, qualitatem,relationem,locum,tempus,agere, pati, situm, & habitū,quæ oīa solidissimis, legum fundamentis, discussa tradit, allegatus Author.

Præterea breuiter pro nunc, loci præcedentiam tripliciter dari, conueniens existimo.

Primo ratione viæ.

Secundo, ratione sedis.

Tertio,ratione originariæ habitationis.

Quoad primum, dupliciter intelligi potest, vel ratione ordinis, vel ratione superioritatis loci, nam si ordinis causa id
2 consideretur, is qui prior † est in via, in ordine prior dicitur esse, & sic cæteros posteriores præcedere Bal.in l.penult.col. 1.vers.si autem aqua C.de cōdit.insert.si verò ratione superioritatis loci, profectò illum præcedere est dicendum, qui à
3 manu † dextra reperiī esse, de-
4 xterā † siquidem corporis partem sinistra præstantiorem esse nulli est dubium,& ideo medici,& Philosophi,fœtus mares in dextris, fœminas autem in sinistris fieri dicūt, & vt tradit Tiraquel.de leg.connub. leg. 9.nu. 122. vnde apud Romanos,si quid data fide futurum pollicebatur, dexteram manū ipsi porrigebant, ex Plin.libr. 11.cap.45.ex quo Virgil.libr. 3.Aeneid.

Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus,
Dat iuueni.

Quem in puncto refert d. Tiraq. de iure primogenio.in præfat. num. 16. quare Bal. ad rem,in l. decernimus notab. 2. C. de
5 Sacr.sanct. Eccl. digniorem † à dextris, inferiorem verò à sinistris sedere debere dicit cir

 ca hæc

ca hæc, vide quæ scribit Boer. in d. tract. de auct. magn. consil. sub nu. 105. quæ tamen præcedentia, dextræ partis, considerari debet inter pares, nō autem inter dispares, quo casu, succedit illud Catonis dictum. scilicet.

Cede locum maiori.

6 Locus tamen dignior† quandoq; primus, medius, & vltimus datur, & idcirco illum digniorem ex gentium consuetudine reputari dixit Tiraq. loco de quo supra sub nu. 116.

Quo ad secundum, nemini latet, alicui præcedentiam dari, qui in loco sublimiori residentiam habet, veluti consideratur in

7 Principe, vti † regni domino, de quo textum habemus clarū in l. depræcatio ff. ad l. Rod. de iactu, isq; in culmine sedere de-

8 bet, & q † locus, regale culmē appellatur l. bene à Zenone C. de quadr. præscript. c. princeps seculi 23. quæst. 5. ad cuius corroborationem glos. in c. dudū §. supra cathedram, de sepulc. pro alia, vel excelsa sede hos. continet versus scilicet.

Rex solium, Doctor Cathedram, iudexq; Tribunal
Possidet, ac sedem præsul, prætorq; curule.

Iure igitur meritò dixit glos. in c. fundamenta §. proinde de ele-

9 ction, lib. 6. Principem † quasi primum locum capientem dici debere, quam sequitur Luc. de Penna, C. de princip. agent. in reb. libr. 11. qua de re pri-

10 mus † locus, & prima cathedra sonat in præcedentiam, tituliquè claritas præeminentiam denotat, vt dicit Bal. in l. obseruare antequam ff. de Offic. procons. & leg. Imol. in l. qui soluendo ff. de hæred. instit. Fæly. in rubr. de maior. & obed. Al-

11 titudo etenim † dignitatis, præcellentiam significat secundū Bal. in cons. 387. quem refert d. Montagniæ d. tract. nu. 104. propè fin. quod idē tenet Alb. in cons. 566. nu. 6.

Cuiquam ideo præcedentia competit iuxta altiorem sedendi locum; videmus namquè in scholis publicis hoc fieri, vt ordinarij primi, primas obtineāt

12 sedes † quæ nemini, nisi ex laborum assiduitatè, & stipēdiorum prolixitatè conceduntur, vt Doct. in c. clerici de iudit. Montagniæ d. tract. num. 90.

Hoc igitur loco, non immeritò eximiorum in hoc Ticinensi Gymnasio Doctorum publicè profitentium locos recensere censui, quos Excellentissimus Mediolani Senatus medio litterarum Ill. R. I. C. eiusdem Gymnasij Vicecancellario directa-

rectarum destinauit, & quarũ litterarum,&locorum tenores sunt infrascripti videlicet.

Philippus III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c. Reuer. nobis dilecte Mittimus ad vos tabulas eorũ, qui in hoc anno proximè uenturo, publicè istinc profiteri debent, eas in publicum proponi, & locis solitis affigi facietis, ut omnibus innotescãt, mox de publicatione Senatũ certiorem reddetis. Mediolani 26. Octobris 1601. in Angulo *Landrianus etc.* à tergo *R. I. C. Vicecancellario Gymnasij Ticinensis nobis dilecto,* & Sigillat. &c.

13 Tabula profitentiũ † ius Canonicum, & Ciuile, ac artem Oratoriam,&Philosophiã moralem in Academia Ticinensi à Cal. Nouẽbris 1601. ad Cal. Nouembris 1602.

Ad Lecturam Juris Canonici ordinariam Matutinam.

Doctor Io. Baptista Costa.
Doctor Io. Petrus Contennius.

Ad Lecturam Iuris Ciuilis ordinariam matutinam.

Doctor Marcus Ant. Rouescalla cum omni præcedentia supra lectorem vespertinum.
Doctor Flauius Tortus.
Doctor Polydorus Ripa.

Ad lecturam Juris Canonici ordinariam vespertinam.

Doctor Iulius Sannazarius.

Ad lecturam iuris ciuilis ordinariam vespertinam.

Doctor Philippus Massinius.
Doctor Io. Petrus Folpertus.
Doctor Melchion Alciatus.

Ad lecturam Sexti.

Doctor Cæsar Augustus.

Ad lecturam iuris ciuilis extraordinariam matutinam.

Doctor Iacobus Philippus Mola.

Ad lecturam iuris ciuilis extraordinariam vespertinam.

Doctor Io. Baptista Parona.
Doctor Franciscus Costeus.

Ad lecturã practicæ Criminalis:

Doctor Io. Baptista Bonetus.

Ad lecturam feudorum.

Doctor Franciscus Costeus antedictus.

Ad lecturam Institutionũ horis vespertinis.

Doctor Sfortia Alemanus.
Doctor Paulus Bellonus.
Doctor Ascanius Grazzanus.
Doctor Franciscus Soncinus.
Doctor Ioseph Morigius.

Ad lecturam artis Oratoriæ, Græcè, ac Latinè.

Doctor Henricus Farnesius.

Ad lecturam Philosophiæ moralis.

Don Germanus Rouinus.

Bidelli.

Io.Baptista Dosena.
Andreas Vianus.

Omnium namq; memoratorum Patrum maxima est eloquentia, quorum nonnullos iterum atq; iterum memorari superuacaneum mihi non videtur. Idcirco dum mecum perpendo, quænam partes vigeant in celeberrimo, atq; eximio Doctore Io. Baptista Costa, aliàs Institutario præceptore meo, vndiq; integerrimas illas cognosco, atq; sic vt eas tamquã manifestas, pandere prohibitus videar, hoc tamen vnum propono, vt eius singularitatis atq; virtutum merita, ad dignitatis prædictę gradum meritò elatus fuerit, & cuius subtilitatem eius scripta, quorũ partem breui tẽpore (Deo Dante) Typis edendam videbis; notam perhibebunt.

Quodq; pariter manifestum faciunt, Iureconsulti nondumq; satis laudati Marcus Anton. ex Com. Rouescallæ, Ticinensis, Philipp᷒ Massinius Aeques aureatus Perusinus, & Polydorus Ripa Mediolanensis, quorum ꝓfundas doctrinas, iuridicasq; propositiones, atq; decisiones publica illorum scripta, vndiq; inculpabiles reddunt.

Nec omitto Flauium Torrum, Cæsarem Augustum, Sfortiã Alemanum, Paulum Bellonũ, Henricum Farnesium, & Melchionem Alciatum, quos ea subtilis docendi facilitas sic tenet, vt quidquid obscurum reperiatur, facili modo id clarum demonstrent.

Tabula profitentium Theologiã, Logicam, Medicinam, & aliàs artes liberales in Academia Ticinensi à Cal. Nouembris 1601. ad Cal. Nouẽbris 1602.

Doctor Antonius Maria Moronus, loco Rectoris.

Ad lecturam Theologiæ Scholasticæ.

Dõ Germanus Rouinus. } Pares.
Frater Gabriel Carcan᷒. }

Ad lecturam Sacræ Scripturæ.

Doctor Franciscus Spelta.

Ad lecturam Logicæ.

Doct. Claudius Radius.
Doct. Augustinus Bocchius.
Doct. Nicolaus Saccus.
Doct. Franciscus Imbertus.

Ad lecturam extraordinariam Philosophiæ.

Doct. Iacobus Marocius.

Doct.

Doct. Paulus Aemilius Blancus.
Doct. Io. Angelus Canis.

Ad lecturam Metaphisicæ.

Frater Paulus de Castilliono.
Don Firmanus Valuassorius.

Ad lecturam ord. Philosophiæ.

Doctor Leo Mauritius Aretinus.
Doctor Cæsar Concorrigius.
Doctor Ludouicus Meda.

Ad lecturam ordinariam Theoricæ Medicinæ.

Doctor Constantinus Luccas.
Doctor Iulius Cæsar Mugnus.
Doctor Marcus Anton. Turta.

Ad lecturam extraord. Theoricæ Medicinæ.

Doct. Petrus Paulus Orlandus.
Doct. Io. Baptista Maynus.
Doct. Georgius Persillonus.

Ad lecturam extraord. practicæ Medicinæ.

Doct. Paulus Cæsar Perottus.
Doct. Aurelius Bussellius.

Ad lecturam ordin. practicæ Medicinæ.

Doct. Io Petrus Imbertus.
Doct. Aurelius Gallineus.

Ad lecturam Almansoris.

Doct. Philippus Albergatus.
Doct. Petrus Paulus Simonetta.

Ad lecturam simplicium.

Doct. Laurentius Lazarus.

Ad lecturam Mathematicarũ.

Frater Philippus Ferrarius.

Ad lecturam Chirugiæ.

Doct. Laurentius Lazarus antedictus.
Doct. Franciscus Costa.
Doct. Iulius Cæsar Brambilla, cùm redierit à bello.

Ad lecturam Anatomiæ.

Doct. Io. Baptista Carcanus.
Doct. Brambilla suprascriptus, cùm redierit à bello vt supra:
Doct. Frãciscus Costa antedict⁹.

Bidellus.

Iulius Garaldus.

Secretarius.

Io. Franciscus Landrianus.

Quanta recensitorum Doctorũ extiterit, & extet scientia, id omnibus notum de per se ostẽdit, & illa eadem, vt nonnullorum ipsorum verba faciã me impellit.

Et ideo cuius doctrinæ existant, Admodum RR. Frater Paulus de Castilliono, Ludouicus Meda, & Franciscus Spelta, illorum vndiq; fama volat.

Neq; prętermitto Io. Petrum Imbertum, Aurelium Gallineum Constantinum Luccam, quorum, & speculatiua, & practica scientia adeò innotescit, vt nedum, ignobiles, nobiles, & Ciuitatum primates, sed & ẽt Principes, illorum opera vtantur.

His adijcio Philippum Albergatum,

tum, Petrum Paulũ Simonettam, Paulum Cæſarem Perotum, Paulum Aemilium Blanchum, Io. Angelum Canem, Nicolaum Saccum, Petrum Franciſcum Imbertum, & Io. Baptiſtam Maynum, quos illorum ſcientia ſic probè patefacit, vt Collegia circa mortalium infirmitates (quæ pleriq; fieri ſolent) clarè id demonſtrent.

Nec omitto Io. Baptiſtã Carcanũ Laurentium Lazarum, Franciſcum Coſtam, & Iulium Cæſarem Brambillam, Chirugiæ Doctores, cuius in arte adeò ſunt expertes, vt qui illorum opera vſi ſunt, de eis optimum poſſint perhibere teſtimoniũ.

Tandem florent etiam apud cæteros Petrus Antonius Guaita, & Petrus Paulus Pantia, qui illorum, & ſpeculatiuam, & practicam ſcientiam (quibuſcumq; medellam præſtando) eorundem cõtinui labores no tam omnibus faciunt.

Hinc apertè P. R. Philippi magnanimitas, & virtutum, ac boni publici cupiditas elicitur, cùm ſupraſcriptos omnes Lectores, in quantitatè librarum quadraginta mille ĩ circa quotannis ſtipendiatos eſſe iubeat

Sed vt eò quò digreſſus ſum reuertar, dico quod locus celſior in ſedendo cuiquam competens, inferiori dignitatè cedendus non eſt.

Quandoquidem locus primarius & ſic cæteri ſucceſſiuo ordine loci publicè legendi ratione muneris aſſignati quempiam, ex diuerſa cauſa lectura inferiorem ad ſeſe poſtponendum non permittant, vt in puncto euenit caſus, quẽ refert d. Angel. Mattheacius in ſua Apologia primæ ſedis Iuriſprudentiæ, de quodam Doctore, aureato equirè effecto, qui cum lecturam haberet, ob eandem annexam dignitatem ipſum Mattheacium primarium legum anteceſſorem præcedere optabat. Tãdem eruditiſſimè hincinde reſpõſis allatis, in eã venit ſententiam, primæ Cathedræ iuris interpretem, principatu ſine controuerſia debere potiri præcipuè ex text. in l. 1. C. de Offiç. Vic. cuius hæc ſunt verba videlicet.

In ciuilibus cauſis Vicarios Comitibus militum conuenit anteferri in militarib. negotijs Comites Vicarijs anteponi; quotiens ſocietas in iudicando contigerit. Primo loco Vicarius ponetur, Comes adiũctus accedat, ſiquidem præfecturæ

fectura meritum cæteris dignitatibus antestat, & Vicariæ dignitatis ipso nomine eius se trahere indicat portionem, Sacræ cognitionis habeat, potestatem, & iudicatio uis nostræ soleat representaré reuerentiam.

Ex qua lege dignoscitur pariter, qno tempore Doctor, militi, & è contra, præferaturi quò
14 fit, vt locum † cuiquam destinatum, nemini absq; licentia in eo ressidenti occupare liceat, vt nos docet glosa magistralis in l.fin.C. de offic.magistr.offic.

15 Ideoq; inferior † indebitè atquè indigne, maioris locũ occupans expelli potest, eiusdẽq; loci consueti sit indignus, & vltimi meritus existit, vt dicit Petrus Gerardus de Petr. Sanct. in singulari suo 33. sub nu. mihi 6.

Quo verò ad tertium, & ad rem nostram faciens, adeò clarum
16 est, vt duobus † scilicet originario, & incola, de præcedentia disceptantibus, proculdubbio, is qui originarius extat, præcedentiam mereatur, sic ꝑ constanti tenet Dyn. quem sequitur Bart. in l. si duas habenti ff. de excusat. tut. per text. in l. libertus §. præscriptio ff. ad municip. & l. ciues C. de incol. lib. 10.

Omitto tamen quæstionem illã, scilicet, quod & si de iure ciuili originario competat præcedentia, numquid id semper ꝓcedere habeat, quin etiã quandoq; vrbanitas, suadeat, vt primus forensi detur locus prout quamplurimum fieri sic videmus, quæ cum sit disceptatio ad philosophos pertinens, eandem coram eis proponere congruum esse iudicaui.

Firma ergo, & inconcussa stat illa Dyn. & Bart. conclusio originarium incolę præferendũ es-
17 se, quoniam † & si incola propriè forensis non dicatur §. si verò aliquid Auct. de quæstori Bald in l. de quibus col. 12. C. de legi, & Alex in l. 2. §. fin. in fine ff. de oper. nou. nunt. non
18 tamen † propriè ciuis dicitur esse quando ex priuilegio factus est ciuis l. ciues, & ibi Doctor. præcipuè Bal. col. 1. vers. quærit glosa C. de appellat. & d. l. ciues, vbi glos. in verbo ciues C. de incol. lib. 10. quod tamen in odiosis, non autem in fauorabilibus verum esse dicit Alex. in l. si maritus §. 1. ff ad l. Iul. de Adult. nec ciuis ex priuilegio promittens incolatum non dicitur ciuis ex sola domus

emptio-

emptione, nisi ad habitandum veniat d. l. libertus §. sola dom' ff. ad municip.

Quis autem ciuis dicatur, & an onera soluere d̄beat, & q̄d si nō habitet, vide Alex. in cōs. 136. libr. 2. & Raphael. Cuman. in cons. 177. post med. col. 2. & apertè etiam ibi, ea quæ ad ciuilitatem probandam necessaria sunt, tradit.

20 Quid si duo † honores conferendi, simul, & originario, & incolæ repræsententur, quisnā eorum præferendus erit? & tunc dicas, quod si eodem tempore, & simul deferātur, illos originario offerendos esse, si verò ordine successiuo tradendi sunt, is qui prius vocabitur prælationis dignus erit, sic distinguit Bart. in d. l. libertus §. cum simul ff. ad municip.

21 Quid † autem si nō appareat quis eorū sit originarius? Dic vt per Bart. in d. l. si duas habenti.

22 Si verò duo † ciues, inter sese æquales d̄ præcedentia contendant, quis nam eorum erit præferendus? dicas illum filios habentem, in arengando, sedendo, & scribendi ordine alteri filios non habenti præferendū esse, & hunc esse casum nouū dicit Bart. in l. in albo C. de d̄cur. lib. 10. Spec. in §. iam nunc videndum est, num. 11. propè fin. tit. de aduocato, & an id p̄cedat, datò etiam quod quis haberet filios naturales tantū, & adoptiuos, vide quæ in appostilla d. l. in albo, ad Bart. apponuntur.

AB AETATE.

Aetatis gradus quot sint, quorumq; Senectus Principatum obtinet, non tamen spernenda Iuuentus, senectuti accommodanda, ita vt harum vna, altera indigens alternatiuè circa præcedentiam considerandæ veniant. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *AEtatis gradus quotupliciter constituantur.*
2 *Experientia facit artem.*

3 Expe-

3 *Experientia, rerum magistra dicitur.*
4 *Senectus veneranda est.*
5 *Senectutis nonnullæ recensetur prærogatiuæ.*
6 *Iuuentus, extra senectutem, iuxta Ciuitatis consuetudinem consideratur.*
7 *Senectus, experientia lucet.*
8 *Iuuentus, ingenio, & sagacitate senectutem præcedit.*
9 *Iuniori, senem errantem plectere non licet.*
10 *Iunioris sententiam, sequi senior dedignari non debet.*
11 *Senis vmbra, plus quàm gladius iuuenis valet*
12 *Iuuentutis disciplina neglecta, Reipub. magnum affert detrimentum.*
13 *Senior, in causis decidendis prælationem meretur.*
14 *Iuuentus, quandoq; consilio senectutem vincit.*
15 *Senectus, dolis, & artibus facile decipi non potest.*
16 *Iuuentus prudentiam vt plurimum, & ingenium ante pelos habet.*
17 *Senior, in officiorum exercitio præferendus est.*
18 *Senectuti prçualet Iuuentus, quando circa officiorum exercitum magis corporis robur conuenit.*
19 *Senior, in voto proferendo, præferri debet.*
20 *Iuuentus, senectute ingeniosior.*
21 *Veneranda senectus, sed laudanda iuuentus.*
22 *Senes nonnulli flagitiosissimi inueniuntur.*
23 *Canities, tunc venerabilis dicitur esse, quando gerit, ea quæ caniciem decent.*
24 *Senex propriè is dicitur, quem non ætas, sed vita & mores seniorem faciunt.*
25 *Senectus, & iuuentus mixtionem inter sese patiuntur.*
26 *Sapientia maior in sene, quàm in iuuene consideratur adesse.*
27 *Senectutis prærogatiua tanta est, vt honoris, dignitatis, & facultatum prærogatiuè præferenda sit.*

1 HOminis Aetates diuersimodè describūtur, quarum ideo͡q grad⁹ quatuor esse describit glosa in l. computationi (aliàs Hæreditatum computationi) in verbo à prima ætate, ff. ad l. Falcid. Primus itaq; Impubertatis dicitur esse gradus, vsq; ad duodecimum, vel decimumquartum annum durans, per l. penult. C. de impub. & alijs substitut. & l. quidam de iur. deliberand. Secundum verò gradum capit adolescentia, vsq; ad vigesimumquintum annū terminata l. non aliter in fin. ff. de legat. 3. Iuuentus verò tertij gradus cupida, ad septuagesimum annum se constituit d. l. non aliter. Senectutis deniq; vltimus grad⁹, à septuagesimo anno supra, sibi locum vendicare dicit ibidem glos. & textus dispositione in l. maiores ff. de iur. immunit.

Isiodorus verò Etymolog. lib. 11. hominem per sex ætatis gradus variare dicit, quæ sunt. Infantia, ab ortu infantis, vsq; ad septēnium. Hinc pueritia, vsq; in annum quartumdecimum. Ab hinc adoloscentia generationi apta, vsq; ad annum vicesimumoctauum. Ab eo iuuentus omnium ætatum firmissima, vsq; in annum quinquagesimum: Grauitas, quæ est declinatio à iuuentute in senectutem, anno septuagesimosecundo finitur; Post has quantumcunq; vitæ est, senectuti deputatur.

Sed Cyn. in l. infanti C. de iur. deliber. in princip. ex nonnullorum sentētia, septem in homine ætates considerari dicit, & quarum prima infantilis dicitur, quæ infra septennium consideratur, secunda puerilis fertur, vsq. ad pubertatem perueniens, & quæ pubertas in fœmina, vsq. ad duodecimum, in masculo verò, vsq; ad decimū-quartum annum completur, ex Instit. Quib. mod. tut. finit. in princ. Tertia autem est adoloscentia, quæ vsq; ad vigesimumquintum annum tam in masculo, quàm in fœmina cō-sideratur, ex Institut. de Curator. in princip. Porrò quarta iuuentuti accommodatur, permanens vsq; quo inter senes, quis connumerari incipiat d.l. non aliter ff. de legat. 3.

Quod tamen, diuersimodè secundum legem accidere dicit ibidem Cyn. l. quandoq. etenim senis dicitur is, q septuagesimū attigerit annum §. Item maior Instit. de excusat. tut. vel curat. & l. maiores ff. d iur. immunit. id etiam cauetur ex l. 2. ff. de excusat. tut. l. 1. & l. fin. C. qui ætate, & profess. se excus. libr. 10. & l. inuiti ff. de testib. Aliquando quis dicitur senex, sexaginta habens annos, l. si pater ff. d adopt. d. l. fin & ibi Bar. C. qui ætat. sæpe dicitur senex octuagenarius, qui personaliter comparere nō tenetur, nisi robustus reperiatur esse Rot. Decisio. 226. incip. senex in nou. Interdum senex is dicitur, is qui quinquaginta quinquè retinet annos, allegata l. fin. C. qui ætat. videm⁹ etiā interdum senectutem in anno quinquagesimo initium sumere cum iuuētus, eo signo finiatur text. in l. sterilis ff. de act. empt. sed ibidem Cyn. dicit ob regionum mores hanc significationem mutari, ex text. in l. cum de Lanionis §. asinam ff. de fund. instruct.

Quinta siquidem, illa est, quæ senectus appellatur, vsq. ad sæ-

nium

nium perseuerans, & quod senium, vsq. ad centum annos durat, vt dicit eo loci idē Cyn. alij verò seniū ab annis septuaginta, vsq. ad annos octuaginta durare voluerunt, vt affert, dictus Cyn. in l. Senium C. qui test. fac. poss. proindeq. senium in sexto ætatis gradu, constitui videtur. Septima deniq. decrepita dicitur ætas, q̄ vltra octuagesimum vsq. ad annum centesimū, finitur per tex. in l. 1. & & vltima C. de Sac. sanct. Eccl. Horū igitur ætatis hominis graduum, magis senilem laudandū existimarem, senibus itaq. tamquam magis expertis, & in arte peritis est credendum,
2 quandoquidem † experientia faciat artem, secundum Arist. Metaphysic. lib. 1. & proinde Albertanus Cap. de prudentia col. 2. quem refertur Neuizan. in sua Sylua nupt. in vers. quinta ratio num. 6. in fin. lib. 3. dicit iuuenes prudentes esse non posse, cum prudentia experientiam, quæ tempore indiget, requirat, quod idem dicit Arist.
3 Aethic. lib. 6. & quam † rerum magistrum esse dicit text. in c. quàm sit de elect. in 6, quare videas accuratè tradita per d. Neuizan. loco supra citato. Ve
4 nerandam igitur † senectutem proposuit text. in l. semper in princip. ff. de iur. immunit. & Aulus Gellius libr. 2. cap. 9. ex Leuitico .n. habetur [Coram cano capitè consurge, & honora personam eius] quare Spec. in prohem. lib. 1. nu. 15. dixit [tanta enim nobis antiquitati habita est reuerentia, vt nomina sapientum taciturnitati tradere nullo patiamur modo.] Vnde huiusmodi, ex Val. max. lib. 2. de institutis antiquis loquente colligūtur scilicet [Senectuti iuuentus, ita cumulatum, & circumspectū honorem reddebat, tamquam maiores natu, adolescentium communes patres essent: Quocirca Iuuenes, Senatus die, vtiq. aliquam ex patribus Cōsulib. aut propinquum, aut paternū amicum, ad curiam deducebant, affixiq. valuis expectabāt donec reducēdi officio, etiam fungerentur] quem in puncto refert Tiraquell. in præfation. de iure primogen. num. 80. & ibi d. Val. max. paulò post locū supra citatū allegat sic dicentem videlicet [Inuitati ad cænam diligenter quęrebant, quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne seniorum aduentu discubitu præcurerent, sublataquè mensa priores consurgere, & abire patiebantur] quāplurima alia ibi Tiraq. signāter

exempla tradit,quæ adstui libi tum videre poteris.

Adeò namq; venerabilis senect⁹ repræsentatur, vt cæteros æta tis gradus, præeminentijs, necnon & prærogatiuis honorata præcedat,quarumq; nonnullos recenset Bertachin. in suo Dictionario in verbo anti-

5 quior, in ordine 17. & ideo † antiquior idest senior, vt dicit Dec.in c.Clerici nu. 8. de iud.

Primo,circa librorum correctionem præfertur cap. vt veterum,& ibi glo.9.distinct.

Secundo,circa elemosinarum distributionem.c. non sat.86 distinct.

Tertio, circa consuetudinis obseruationem c. ridiculum 12. distinct.

Quarto,circa morum instructionem c.omnis ætas 12.quæst.1. c.definimus 18.quæst.2.

Quinto,circa relaxationem pęnę quæ fit ob antiquitatem c. tanta 86 distinc.c.domino sancto 50.distinct.l.in metallum ff.de pen.& l.2.ff.de term. amoto.

Sexto,circa pænitentiæ impositionem,quæ minor, seni iniungi debet c. tempore, & c. hęc fit 26.quæst.7.

Septimo,circa excusationis admissionem c.placuit 18.distin.

Octauo,circa ea quæ initium alicuius rei fiendæ desiderant §. singulorum,& ibi glos.in verbo vetustiore Instit. de rerum diuis.l.1.ff.de acquir.rer.dom. & l.semper ff de iur. immun.

Nono,circa clauiũ,& instrumentorum detentionem l. fin.ff.de fid. instr. l. cum pater §. pater pluribus ff.de legat.2. Doct.in l.procurator C. de eden.

Sed,huic octauæ prærogatiuę cõtrarius videtur esse text. in l. si quæ sunt cautiones ff. fam. Ercisc.& cuius text.verba formalia huiusmodi sunt.

Si quæ sunt cautiones hæreditariæ,eas iudex curare debet, vt apud eum maneant, qui maiore ex parte hæres sit,cæteris descriptum, & recognitum faciat,cautione interposita;vt cum res exegerit, ipsæ exhibeantur si omnes eisdem partibus hæredes sint, nec inter eos conueniat,apud quem potius esse debeant, sortiri eos oportet aut ex consensu, vel suffragio eligendus amicus,apud quem deponantur, vel in æde sacra deponi debent.

Ideoq; non antiquiori,siue seniori,sed hæredi pro maiori parte instituto, dandæ sunt cautiones

tiones prædictæ, siue deponendæ vt supra.

Quare ad summouendum huiuscemodi obstaculũ, Azo in sũma Cod. d. tit. fam. ercisc. sub nu. mihi 16. sic optimè distinguẽdo aperit scilicet, aut quis pro maiori parte hæres extat, & tunc eidem scripturæ dandæ sũt præstita cautione, & facta illarum descriptione, atq; recognitione, de quibus supra Aut omnes ex eisdem partib. cohęredes reperiũtur, neq; inter eos conueniat apud quem resſidere debeant, & tũc apud seniorem hæredem, vel eum, qui amplioris est honoris, & potius ad masculum, quàm ad fœminam, atq; ingenuum, quã libertinum, sunt deponendæ. Si verò ex his nemo prælationem mereatur, & eo casu sortiri debere, vel consensu, sine scriptis, aut scripturæ suffragio eligendum esse amicum, pęnes quem deponantur, vel in æde sacra illas deponi debere dicit. Vide quæ tradit Ias. in l. cum quid in 2. lectura ff. si cert. pet. quod idem sequitur Tiraquel. in præfatione de iur. primogen. num. 127. 136. & 137.

Decimo præfertur antiquior in accusando cap. consanguineos 35. quæst. 6.

Vndecimo in optando c. in tua vbi glos. in vers. antiquiores, & ibi Doct. de consuet. lib. 6. Alber. de rosat. d. l. cum quid vult cart. ff. si cert. pet. Item, & in electione passiuè c. statuimus 61. distinct. c. porrò distinct. 84. c. dudum de elect. & etiam actiuè secundum Ioan. de Platea in l. 1. C. de consul. lib. 12.

Duodecimo in dignitatibus, glosam habes in d. l. cum quid ff. si cert. pet.

Decimotertio in subscriptionib. c. consilia §. illud 17. distinct. c. constituimus vers. primum locum, de maior. & obed. & c. fin. de Constit.

Decimoquarto in sedendo l. 1. C. de præfect. sacr. cub. lib. 12. Innoc in c. 1. glos. 1. d. tit. de maior. & obed. l. 1. & ibi Bart. ff. de obseq. à lib. patr. præstan.

Decimoquinto in arengando, in publico cõsilio, ex Ecclesiastic. namq; colligitur [loquere maior natu. te. n. decet primum locum] & Bal. in l. obseruare §. ante verò circa fin. ff. de offic. proconf. & leg.

Decimosexto in vocibus dandis secundum Ioan. de Platea in l. 1. C. d. tit. de consul. lib. 12. sed Domini de Rota sic vtũtur, vt Iuniores primo loquantur secũdũ Rom. in Sing. suo 82. cosq; primò arrengãtes esse dixit Spec. in §. iam nunc videndũ, vers.

vers.Iunioris tit. de Aduoc.

Decimoseptimo, in testificando c.quoties & ibi Abb. notab. 3. & in c.licet ex quadam, & ibi Imol.col. 2.de testibus.

Decimooctauo in legatione, si etenim plures legati mittātur illorum senior verba facturus erit, Cæpol. tract. de Imper. mil.deleg.35.antiquitatis priuilegio, nisi tamen ratione facundiæ iuniori sit locus tribuēdus, vt notat dictus Cæpol. allegato Trac.33.priuilegio, quē refert d. Tiraquell.de iure primogen.d.præfat.sub. nu. 123.

Decimonono circa propinquorū correctionem, text. habemus clarum, & ibi Doct.in l.1. C.de emendat. propinquor. Idcirco Bart.in tract.de Tyranide col. 2.vers.4 quem in pūcto affert Tiraquell. loco de quo supra sub num. 141. dicit maiorem, siue domus antiquiorē, in vxores liberas, fratres, fratrum, filios, seruos, & alios, familiares quodammodo iurisdictionem habere.

Vigesimo circa consensum, quia vbi aliquorum consensus requiritur, is antiquorum potissimum adhiberi debet, c. fact° (ibi de sacerdotum antiquorū consensu) 7 quæst. 1.ideoq. Tiraquel. sepius allegata præfat. sub num. 146. dixit Florian. p illum text.in l.vltima ff.de fid. instr.sensisse quod existēte statuto mulierem, vel minorem, non posse contrahere, sine consanguineorum interuentu huiuscemodi statutum, esse intelligendum, vt seniores consanguinei, iunioribus prǫferantur quod idem sequi dicit Ias. in l. cū quid in 2.lect.ff.si cert. per. & in cons. 192.col.2.vers.item stante statuto lib. 2.

Infinitū ferè esset senectutis laudes, atq. decus explanare cuiusq. splendorem, quinquaginta constitutis casibus, optimè indicat Tiraquell. in sepius recitata præfatione de iure primogen. quosq. tui beneplacitus videre demonstrabit.

Veneranda quidem senectus, sed
6 non spernenda Iuuentus, quǫ † extra senectutem iuxta ciuitatis consuetudinem consideratur, vt notat Bar. in d.l.nō aliter §.fin.ff.de leg. 3.

Veneranda (inquam) senectus,
7 quæ † experientia lucet, vnde Boet.de discipl.scholar.dicere consueuit, scientiam parum, sine vsu, sed vsum, sine scientia multum prodesse.

Sed non spernenda iuuentus, quǫ
8 † senectutem, ingenio & sagacitatē prǫcedit l. Gallus ī princip.ff.de lib.& posth. l. cū quid & ibi glos.ff.si cert.pet. & l.me

tus

tus ff.de vin. trit. & oleo leg. ingenij etenim acumen multũ operatur Fæly. in rubr. de magistr. col. 1. & apostilla ad Bar. in l. magistros C. de profess. & med. lib. 10.

Veneranda quidem senectus, cũ
9 non † liceat iuniori, seniorem plectere si errauerit, neq; illũ increpare debet, sed illum modestè, atq; benignè, de errore secuto admonere. Et vt dicit Paul. Apostol. ad Timoth. capit. 5. [seniorem ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem] qđ tamen est intelligendum, quoties culpa senioris, suo exemplo, non trahit ad intentum, corda iuniorum, quoniam secus, exemplo senis malo, ad interitum præstito, senex ille districta increpatione est feriendus, quod quāplurimis auctoritatibus firmatum tradit Tiraquell. memorata præfatio. sub num. 145.

Sed non spernenda iuuentus cu-
10 ius † sententiam sequi senior dedignari non debet, vt cauetur ex l. si seruum stichum §. sequitur, quàm ibi sequuntur Imol. Alex. & Ias. ff. de verbor. obligat. cuius rei gratia Ias. ibidem text. allegat. in c. si habes 24. quæst. 3. & ibi Diuus Augustinus hæc ait [Ego senex & Episcopus tot annorum non solum à iuuene, sed & etiā ab anniculo paratus sum doceri] necnon & Ias. text. ibidem adducit in c. nullus Episcopus 38 distinct. cuius hæc sunt verba.

Nullus Episcopus propter opprobrium senectutis: vel nobilitatem generis, à paruulis, vel minimis, si quid fortè est vtilitatis, aut salutis inquirere negligat.

Venerāda quidem senectus, plus
11 etenim valet † vmbra senis, quàm gladius iuuenis, vt tradit Bal. in c. 1. de renunt. quem allegat Ias. in d. §. sequitur, & Dec. in c. si pro debilitatè, nu. 5. de offic. deleg.

Sed non spernenda iuuentus, di-
12 sciplina † etenim iuuentutis neglecta, magnum Reipub. detrimentum facit Arist. Politic. lib. 8. cap. 1.

Veneranda quidem senectus, quę
13 † in causis decidendis prælationem meretur, c. de quibus 20. distinct. c. si quid verò distinct. 85. & Archid. c. diffinimus 18. quæst. 2.

14 Sed non spernenda iuuētus † quæ quandoq; senectutem cōsilio vincit, vt scribit Tiraquel. d. præfatio sub num. 100. exēplo Nestoris, quod tradere dicit Homerum libr. Illiad. 9. cuius quo ætas prudētiaq; maior erat,

erat, eò quoq; eius testimoniũ certius, credibiliusq; etiã fuit, & qui tale testimoniũ de Diomede perhibuit, Is namq; (inquit) sicut inter omnes Argiuos reges, erat natu minimus, ita quoq; consilio maximus.

Veneranda quidem senectus, quę
15 † facilè, dolis, & artibus decipi non potest, longa namq; rerum experientia, eam prudentiorem, & cautiorem reddit, & ideo Tiraquell. sæpe citato Tract. num. 92. illud senarium affert prouerbium scilicet.

Senex vulpes non prehenditur laqueo.

Sed non spernenda iuuentus, in
16 qua † vt plurimum ingenium & rerum prudentia ante pilos venit, & eo casu ob virtutis, & scientiæ excellentiam præferri debere dixit Bal. in l. cũ acutissimi C. de fideicom. quare Priscian.

Quanto iuniores, tanto auspicaciores.

Ita vt si vulpis astutia translatiuè tñ seni tribuitur, nõ ob id. Fęlis, sagacitas iuueni ẽ auferẽda.

17 Venerãda quidem senectus † in officiorum exercitio, vt scripsit Plato lib. 3. de Repub. scilicet [non iuuenem, sed senem esse oportet iudicem] & idem libr. 3. de legibus, Imperium senioribus in iuniores constituendum tradit.

Non tamen spernenda iuuentus,
18 cui † in officijs, quibus corporis robur magis conuenit, senectuti præferenda est, vt inquit Cicero Offic. libr. 1. scilicet [Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes animi augeri videntur] quod pariter voluerunt, & Salycet. & Franc. de Aret. in l. cũ quid ff. si cert pet. per text. in l. cum prætor ff. de iud. & vt refert Tiraquell. loco de quo supra nu. 174.

Veneranda quidem senectus, cui
19 † vota proferenda applicãtur c. domino Sancto in fin. 50. distinct. & in c. hoc ipsum 33. quæst. 2.

Sed non spernenda iuuentus, quã
20 † senectute ingeniosiorem esse dixit Bulgar. in Prohem. suę disput. incip. Sempronius.

21 Veneranda deniq; senectus † sed laudãda iuuentus, vt dixit Luc. de Pen. in l. 1. C. de Cõsul. lib. 12.

Non tamen, ea quæ senectutis, causa allegauimus, sic simpliciter in eo, qui senis ætatẽ reperitur intelligenda sunt, sed etiã in illo, qui annis oneratus, bonos, mores, habeat, eadẽ in-
22 telligas, qm̃ flagitiosissimi † reperiuntur nonnulli senes, vt cauetur ex c. tanta 86. distinct. & qui voluptatibus, postposita illorum fama dediti se prębẽt, & ideo

&ideo dixit Cicero de senectute [Impedit enim consiliũ voluptas rationi inimica, ac mẽtis, vt ita dicam per stringit oculos.] Q. enim Maximus, quem refert idem Cicero, vbi supra in tertia senectutis vituperatione [Nullam capitaliorem pestem, quàm corporis voluptatem hominibus dicebat à natura datam. Cuius voluptatis, auidæ libidines temerè, & effrenatè, ad potiundum incitarentur. Hinc primę proditiones: Hinc rerum publicarũ euersiones. Hinc cum hostib. clandestina colloquia nasci dicebat: Nullum deniq. scælus, nullum magnum facinus esse ad quod suscipiendum, non libido voluptatis impelleret: stupra verò, & adulteria, & omne flagitium nullis alijs illecebris excitari, nisi voluptate: cumq. homini, siue natura, siue quis Deus nihil mente præstabili' dedisset: huic diuino muneri, ac dono nihil tam esse inimicum, quàm voluptatem. Nec enim libidine dominante, temperantiæ locum esse omnino, nec in voluptatis regno virtutem posse consistere.]

Vnde Chrys. super Epist. ad Ho.
23 ser. 7. [Canities† tunc est venerabilis, quando ea gerit, quæ canitiem decent: cúm verò iuueniliter senex conuersatur, plus iuuenibus rediculus erit] Et seneca Epist. 12. [nihil turpius quàm senem viuere insipientem] & Epist. 62 [Turpis, & ridiculosa res est elementarius senex desine eadem velle senex, quæ voluisti puer, hoc opus sit, hoc cogitatio imponere veteris malis finẽ]Et Epist. 23. [Numera annos tuos, & pudebit eadem velle, quæ volueras: moriantur ante te vitia.]

Sed quamplurimum Philosophi caniciem etiam in iuuene, ex abundanti humiditate crassa, & pinguosa dominante super calidum natiuum, & in sene, ex humido resoluto à sicco terreo & fuliginoso prouenire dicũt, & præcipuè Gallen. Com. 1. de humor. 8. ideo hæc eadẽ respectu senilis ætatis semper considerationis non est digna: sæpe autem prouerbiale illud audiui dictum scilicet.

I cani son vani, ma le rape son certane.

Et ideo tunc consideratur cana senectus, quando canities cum tempore concurrit.

Seni igitur præcedentia compe-tit ratione ætatis, quoties vita exemplaris, boniq. mores illũ concomittentur propriè enim
24 is† senex dicitur quẽ non ætas sed vita, & mores seniorem fa-

ciunt Paulus 2.quæst.7. Vnde Diuus Hier.in Epist.ad Nepot. [Senectus eorum, qui adoloscentiam suam honestis artib. instruxerunt, & in lege domini meditati sunt die, ac nocte, ætate fit doctior, vsu certior, processu temporis sapientior, & veterum studiosorum fructus dulcissimos metit] & Io. Cassiod.collat. Abbatis Moysi secunda cap. 12.[Sicut nõ sunt omnes pari modo, vel feruentes spiritu, vel disciplinis, ac moribus optimis instituti: ita nec senes, quidem vno modo, vel perfecti possunt, vel probatissimi reperiri. Diuitiæ enim senum non sunt canities capitis, sed industria iuuentutis, ac laborum præteritorum stipendijs metiendæ.]

Idcirco veridicè dictum fuit, sene
25 ctutem † & iuuentutem lau-
dandas esse, quasi mixtionem
inter sese compatiantur quare
Diuus August. in Psalm. 113.
[Sit senectus nostra puerilis,
& pueritia senilis, idest vt nec
sapientia nostra sit cum super-
bia, nec humilitas, sine sapien
tia] & Diuus Ambr.in Serm.
de Pascha [Aetates, quædam
sunt meritorum nam, & sene-
ctus morum inuenitur in pue-
ris, & innocentia infantium in
uenitur in senibus.]

Quocirca sapientiam annis non numerari dixit Ouid.lib.1. de arte sub his versibus scilicet.

Parcitè natales tumidi numerare Deorũ
Cæsaribus virtus contigit ante diem.

Bald.itaq. in Epist. ad Ducẽ Sab. in princ.sui tract.de præscript. plures inueniri, iuuenes senũ sapientiam habentes affirmauit.

Quo fit vt non prætereamus illud Diui Bern. dictũ in Epist. ad Theobaldum militem scilicet [Multos videmus super senes intendere moribus dies antiquorum tempora præuenire mentis, & quod deest ætati virtutibus compensare] quia iuxta Apostolum [Ne quis contemnat adoloscentiam bonæ indolis. Senectus venerabilis, non est numero annorũ sed magis meritò morum cõputata.] vnde Diuus August. in d.Psalm. 113.[Infantia nostra, innocentia sit, pueritia sit reuerentia, adoloscentia patiẽtia, iuuentus virtus, seniũ meritum, senectus nihil aliud, quã canus sapiensq. intellectus]

Quidquid tamen sit, seniori debe
26 tur reuerentia in quo † maior
sapientia præsumitur esse c.
sciendum 26.quæst.4. Spec. in
§.nunc tractemus vers. habito
tit. de aduoc §. porrò 84. di-
stinct.quare Cicero Offi.lib.1.
hæc

hæc profert, scilicet [est adolo scētis, maiores natu reuereri, exq; ijs deligere optimos, & probatissimos, quorũ consilio, & auctoritatè vtatur, ineuntis enim ætatis iusticia senum cõstituenda, & regenda est prudentia.]

27 Senectutis itaq; † prærogatiua tanta est, vt prærogatiuæ dignitatis, siue honoris, aut nobilitatis, & facultatum præferenda sit, ex Innoc. sententia, quem sequuntur Ioan. Andr. Ant. Imol. Panormit. Domin. & recentiores, in c. statuimus de maior. & obed. Imol. in cap. vltimo de constitut. Dec. in c. clerici num. 9. de iud. & idem in cons. 161. incip. pro Domino præposito col. 1. vers. secundo Dominus, quos in proposito refert Tiraquel. sepius allegata præfat. prærogat. 17. vers. quid quod aliàs temporis numer. 131.

Et deniq; veneranda senectus, eidemq; obtemperandũ est, ex Cyprian. sententia de 12. abusio. scilicet [Sicut in senibus sobrietas, & morum perfectio requiritur, ita in adolescentibus, obsequium, & subiectio, & obedientia ritè debetur.]

A SCIENTIA.

Virtus, & Scientia, quid sint, quotuè illarum sint species, & vniuscuiusq; earumdem gradus ex Tabula rationabiliter descripta, & rationibus exinde corroborata diligentissimo describitur modo. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Nulla sine labore virtus.*
2 *Virtus quid sit.*
3 *Virtus quotuplex dicatur.*
4 *Virtus ab omni seruitutis genere libera est.*
5 *Virtus nobilitatem confert.*
6 *Virtutes sine scientia esse non possunt.*
7 *Scientia nobilitatur homo.*
8 *Scientiæ nobilitas anteponenda est.*
9 *Scientia triplex.*
10 *Scientia eminens, siue eminentissima, quænam dicatur,*

11 *Mediocris scientia, quæ sit.*
12 *Scientia sufficiens, quanam intelligatur.*
13 *Litteratus sufficienter quisnam dicatur esse.*
14 *Scire quid sit.*
15 *Scientia ambitiosa quosnam producat effectus.*
16 *Sapientia clara, quæ dicatur.*
17 *Scientiatus, quo magis aliquis est, eò magis inferiorem scientia præcedere debet.*
18 *Scientiatus magis, quotupliciter, quis dicatur.*
19 *Doctorum, & militum gradus apud Principem ex Beer. describuntur.*
20 *Doctor in vtroq; Iure alteri vnico tantum iure decorato est præferendus.*
21 *Organista perfectus, an Musico perfecto sit anteponendus.*
22 *Theologus ratione subiecti cæteros virtuosos præcedit.*
23 *Doctor Canonum, Doctori Iuris Ciuilis est anteponendus.*
24 *Scientiarum, quænam digniores sint, & idcirco quare anteponendæ.*

QVanti momenti virtus sit explicat Senec. in Epist. scilicet. [Nulla possessio, nulla vis auri, & argenti, pluris quàm virtus estimanda est.] ad cuius acquisitionē in sudare oportet, vt inquit Diuus Ambr. in
1 Psalm. 118 [Nulla sine † labore virtus, quia labor processus est virtutis] & hæc eadē cuicunq; ad illam adipiscendam cupido fores apertas tenet, vnde Senec. antedictus in Epist. [Nulli præclusa est virtus, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat, non eligit dominum, non censum, nudo homine contenta est.]
Sciendū igitur, qd sit virtus, quotuè sint eius species. Virtus ideo
2 † secundum Arist. est habitus electiuus ĩ medio existēs, quo ad nos, determinata ratione, vt sapiens determinabit. Habitum enim virtutem dicit, vt genus eius ostendat propinquum. Quare secūdum Arist. vt supra virtus est qualitas animi non omnis, sed quę habitus dici solet, habitus quidem à voluntate elicitus, & recta ratione determinatus. In medio autem virtus existit, duorum scilicet extremorum, vnius quidem secundū superfluitatem, alterius autem secū dum indigentiam, & hoc quidem secundum virtutis substātiam, nam secundum rationē boni, est optimum in illo genere, & ita extremum. Ambo autem vitia (quæ à recta ratione secundum plus, & minus deuiant) alteram obtinent extremitatem, vt colligitur ex Margar. Philos. de princ. Philos.

los. moral. capit. 3.

Diuus autem Augustin. libro de quantite animæ, virtutis definitionem sic ponit; Virtus est equalitas quædam vitę vndiq; consonans rationi.

Ex allegato verò cap. 3. de princ. philos. mor. sic definitur virtus est, quæ bonum facit habentē, & opus eius bonum reddit, & ex hac definitione virtus in ordine ad actum explicatur.

Vtramq; autem virtutem, quæ ad principium directiuum scilicet, & ad actum tendit vnico contextu explanat d. D. August. de liber. arbitrio lib. 2. dū dicit virtus est bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua male nemo vtitur: quàm De' in nobis, sine nobis operatur. Et hanc omniū virtutum definitionem communem esse, habetur ex allegato cap. 3.

Cicero verò lib. 2. de legibus illā sic definitam tradit scilicet virtus nihil aliud est, quàm in se perfecta, & ad summum perducta natura.

3 Modo ad diuisionem † virtutum, eas tripliciter constituendo deueniamus, scilicet. Intellectuales, morales, & Theologicales. Intellectuales ideo illę dicuntur virtutes, quæ intellectum, in quo subiectantur pficiunt, speculatiuum nempè intellectum sapiētia, scientia, & intellect', in operatione suæ dirigunt: ars & prudentia intellectum practicum regulant. Morales autem virtutes sunt, quæ appetitū inclinant ad act' licitos, & honestos. Mos enim inclinationem, vel etiam consuetudinem ad aliquid agendū importat. Theologicales tandem dicuntur virtutes: quia sola Dei reuelatione in Theologia manifestantur, & à Deo O.M. huiusmodi infunduntur & in Deum, tamquam in suū obiectum dirigūtur: qui est finis vltimus, & beatitudo, seu felicitas perfecta, ad quam homo creatus est: & his virtutib. suffultus perueniet. Per fidem quippe Deū agnoscit, per spē in Deū tendit, & tandem posse consequi confidit, & per charitatem Deū super omnia desiderat, & diligit hæc habētur ex allegata Margar. Philos. de princip. Philos. Moral. cap. 8. 21. & 49. lib. 12. Sed quia præsentialiter earumdem virtutū essentiam, enucleare minimè nostrorum, sed Philosophorū interest, ad illos igitur recursū habeas, si illarum energiam, habere cupis, & ne vagando incedas, mox allegatum tractatū, de Princip. Philos. mor. prospicias, ex quo veluti speculo

lo quodam, omnium virtutum in genere, & in specie proprietates erues.

Hoc quippe dico nemini virtutē acquirere laboriosum esse, q̃a vt inquit Cicero ad Herenn.

4 [Sola † virtus in sua potestate est, omnia præter eam subiecta sunt fortunę dominationi] & idem in orat. pro Sest. [Virtus in tempestate sæua, quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco, manet tamen, atq; hæret. in patria splendetq; per se semper, nec alienis vnquam sordibus obolescit.]

5 Hæc eadem † nobilitatē confert c. nos qui, ibi [morum nobilitate] 40. distinct. & in c. penult. de præbend. vbi Ioan. Andr. & Card. Alex. hos adducūt versus, quos pariter recenset Tiraquell. vulgares de nobilit. cap. 4. in princip. scilicet.

Nobilitas hominis, mens est deitatis imago.

Nobilitas hominis, virtutum clara propago.

Nobilitas hominis, humilem releuare iacentem.

Nobilitas hominis, nisi turpia nulla putare.

Nobilitas hominis, naturæ iura tenere.

Vnde Senec. lib. 3. de benefit. inquit [Eadem omnibus principia, eademq; origo, nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius.]

6 Porrò cum sine † scientia virtutes esse non debeant, ex Diui Aurelij sententia de Trinit. lib. 12. cap. 14. scilicet. [Sine scientia, nec virtutes ipsæ, quibus rectè viuitur haberi possunt, per quas hæc vita misera sic gubernetur] & Petr. Chrysol. ī Polic. lib. 3. [Pręcedit sciētia virtutis cultum, quia nemo potest fideliter appetere, quod ignorat, & malum nisi cognitum sit non timetur, congruū igitur mihi videtur scientię diffinitionem, à Philosophis traditam hic describere.]

Scientia igitur, secūdum Philosophum, est habitus cōclusionis per demonstrationem acquisitus.

Bartol. autem in Tract. testimon. nu. 71. sic eam definit. scilicet scientia est habitus speculatiuus, demonstratiuus, ratione vera, considerans causas inferiores, & hanc ad scientias naturales, spectare dicit; neq; Bartol. ibidem videre te pigeat, q̃ subtiliter sapientiam, scientiā, & prudentiam differenter constituit, perpolitèq; prudentiæ partes explicat.

7 Hanc quippe † hominem nobilitare, nulli est dubiū textū habe-

habemus clarũ, in l. prouidendum, ibi [quos scientia, nobilissimos facit] C. de postulan. Signor. Homod. cons. 23. Luc. de Penn. in l. mulieres col. 1. C. de dignit. lib. 12. & Math. Afflict. in c. 1. col. 4. vers. & prima species tit. quis dicatur Dux.

Aduertas tamen secundum Tiraquell. de nobilitate cap. 5. nu. 5. quod nobilitas scientiæ, differt à nobilitate, quàm vulgo distinguit à plebeitatè, siue rusticitate. Hoc tamen verum esse dicit, quod ea nobilitas,
8 quæ † ex sciẽtia causatur, qualiscunq; sit, illi nobilitati, non est postponenda, imo multorũ iuditio anteponenda per glos. in l. societas contrahitur, la 5. ff. p Socio, & auctoritatè Bal. Salycet. Raphael. Fulg. Cyn. Roman. & aliorum eò loci per eum citatorum;

Qua de re releganter Petr. Rauen. in quadam sua Epist. scribit [Totius prudentiæ compẽdium in litteris continetur. Si Respublica regenda est, si prælia committenda sunt, si castra mutanda, si machinæ errigendæ, si renouandi aggeres, si ppugnacula facienda, si militiæ cultus, si reuerentia legum, si finitimarum gentium amicitiæ sunt seruãdæ, libri hæc omnia erudiunt ad perfectum, Princeps, quidem, sine litteris, est nauis, sine remige, & volucris sine pennis.]

Non te prætereat scientiam, tri-
9 plici † gradu muniri, ex celebri Doctrina Inn. & ibi Doct. de elect. nempè ex eminenti, mediocri, & sufficienti, vel secundum Dec. ibi, ex eminentissimo, euidenti, & sufficienti.

10 Eminentem † ideo scientiam habere dicitur ille, qui sine reuolutione chartarum scit consulere, de hac itaq; loqtur tex. in c. nisi cum pridem de renũr. & l. à testatore, in vers. magno ingenio ff. de cõdit. & demõst. & hanc magis á Deo, quàm ab hominis ingenio prouenire, dicit tex. in c. ecce 36. distinc. c. reuertimini 15. quæst. 1. sed hãc eandem à Deo magis prouenientem eminentissimã potius dici debere tradit Dec. allegato c. cum in cunctis nu. 32. quandoquidem (vt inquit) difficillimũ esset inter homines, aliquem sine reuolutione chartarũ cõsulere posse, ex quo infinitæ possent occurrere quæstiones, & ea quæ vix reperiri possunt, non esse in consideratione arg. l. nam ad ea ff de leg.

11 Mediocris autem † seu euidens scientia, illa dicitur esse p quam difficiles quæstiones cũ reuolutione librorũ decidũtur

12 Suf-

12 Sufficiens deniq; † ea est sciẽtia, quæ secundum officij qualitatem considerationis est digna, vt considerat Abb. in d. c. cum in cũctis, & Imol. in clem. 1. de ætat. & qualit. & arg. eorum, quæ habentur in l. ex splẽdidioris C. de diuers. offic. libr. 12.

13 Quando verò quis † sufficienter litteratus dicatur esse, vide And. Sicul. in cõs. 34. vlt. char. lib. 2. quem refert Dec. allegato c. cum in cunctis num. 35.

Idcirco de hac vltima scientia innuit Paul. Apostolus ad Rom. cap. 12. scilicet [Non oportet plus sapere, quàm sapere oportet, sed sapere ad sobrietatem]

Sed secundum Philosoph. tunc quis scire dici potest, cũ scientiam, per intelligentiam habere demonstret, & ideo dicit scire, per demonstrationẽ intel

14 ligere est, vel scire † est rem p causam cognoscere propter, quàm res est; Rursus idẽ Phisicorum lib. 1. (inquit) tunc arbitramur vnumquodq; scire cũ causas eius cognoscimus primas, & principia prima vsq; ad elementa Ias. in l. in suis col. 5. & in l. & si pepercerit §. pure col. 1. ff. de liber. & posth.

15 Multi etenim sciunt, sed nõ † perfectè sciunt, scire tamen psuadent, atq; sic, vt potius mori, quam locũ doctiori cedere paterentur, quorum ambitione, ita tument, vt ipsis loquentib. (si liceret) nudo capitè coram eis assistendum esset.

Hos enim illorũ iactantia pleriq; sequuntur, quare succedit id quod Ouid. in Epistolis dicit scilicet.

Plenius, equo laudat venales, qui vult extrudere merces.

Nauita de ventis de tauris narrat arator.

Enumerat miles vulnera, pastor oues.

Horum autem sectatores, vti cæcati tum cæco in foueã cadunt c. quod quidam §. sic, & omnes 1. quæst. 1. Illi quidem scire cupiunt, vt ipsimet sciantur, qđ quidem vanitatis est, hinc est quod dixit Diuus Bernard. super Cantic. serm. 46. scilicet [sunt, qui scire volũt eò fine tãtum, vt sciant, & turpis curiositas est, & sunt qui scire volũt, vt scientiam suã vendant verbi causa, pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæstus est, & sunt qui scire volunt, vt sciãtur ipsi, & turpis vanitas est, sed sunt quoq; qui scire volũt, vt edificent, & charitas est, & sunt qui scire volunt, vt ædificentur, & prudentia est] & huius generis sæpe nonnullos in contradictorio iuditio audiui disceptantes, & maximò verborum circuitu inuoluti, Grãmati-

maticorum eruditionem prætermittentes, vti Psythaci, nihil ad rem proponentes, vagãdo veris fundamentis destituti, derisionis erant digni. Heu miseri tales, & infelices, ex huiuscemodi prætensa scientia, illorum ignorantiam manifestari, minimè præuident.

Tot enim sunt artis, (idest scientiæ) hostes quot sunt ignorantes, vt inquit Boet. quē refert, Spec. in §. nunc de exordijs nu. 27. tit. de aduoc. sed qđ magis est illud ijs multoties accōmodari potest dictum, quod me legisse memini scilicet.

Non val virtù à chi non s'affatica,
Non val fatica à chi nō hà ventura.

Tales ideo videant Diui Gregor. sententiam lib. 10. moral. sci-
16 licet [Sapientia † illa est clara non quæ in verbis volat, sed quæ virtutibus constat.]

Ad propositum igitur, multi perfectam, alij verò imperfectam habent scientiam. Hinc est, ꝙ Doctores volunt magis scien-
17 tiatum† alterum minori scientia, præditum præcedere debere, quàm materiam latè examinant, & Canonistæ in c. Clerici de iudit. & Legistæ in l. cū quid ff. si cert. pet. & ibi Dec. & Alexan. de qua pariter glos. habes in § ordinationem vers. tēpus in Auct. de Monach. collat. 1. quàm sequuntur Angel. Roman. Socin. & Ias. in d. l. cum quid & Salycet. in l. prouidendum per illum text. C. de postul.

Ad maiorem igitur huius articuli intelligentiam, nō te fugrat
18 dupliciter aliquē† magis scientiatum dici posse, vel scilicet ratione subiecti, vel ratione multiplicitatis scientiarum in eo ressidentium.

Primo namq; casu clarum illud est, quod quò magis, quis in eodem genere scientiæ, excellit, eo magis, alteri minus sciētiato est præferendus, & hoc est, quod voluerunt DD. locis superius citatis, ad cuius etiā propositum faciunt, ea quæ tradit D. Menoch. in cons. 126. lib. 2. Tiraquell. in præfatio, de iure primogenio num. 152. & Cephal. in cons. 615.

19 Hinc est, quod ordinatim † apud Principem Doctorum locos cōstituit Ioan. Montagniæ in volum. Nicolai Boer. post quæst. & consil. de author. magni consil. num. 95. videlicet eminentem locum apud principem ipsum, excellentioribus Doctoribus competere, ex Angeli sententia in l. vnica C. de cad. tollend. Secundum autem æquitibus Romanis spectare. Tertio verò loco excellentes

Doctores potiri debere, sed Quartum ad simplices milites pertinere; Quintum deniq; & vltimum locum, Doctorellos appetere dicit, & eiusdem sententiæ asserit esse Lud. Bologn. in addit. Tract. Signor. de Homod. de præcedentia Doct. & milit. ad idq; in proposito adductum.

An autem allegatæ vltimæ classis Doctores, prærogatiuam, semper mereantur, hoc disputare præsentialiter meum non est, sed si quid curiosè scire cupias, vide q̃ scribuntur in l. sed & reprobari ff. de excusat. tut. & quæ communiter per Doc. adducuntur, sæpe allegcta l. cum quid ff. si cert. pet. necnon & per Ioan. de Montagniæ, in Tractatu suo d̄ author. magni consil. à nonnullis Boerio attributo num. 99. neĉ pariter prætermittas delectationis causa, quæ tradit Neuizan. in Sylua nupt. Rubr. quomodo est iudicandum num. 40. cum seq. lib. 5.

Secundo verò casu dicitur præcedentia competere ex eo qđ aliquis scientiarum numero
20 gaudeat; Ideoq; Doctorem † in vtroq; iure creatum, alteri vnius tantum iuris lauream assecuto præferendum esse, allegauit Ias. in l. in re coniuncti num. 15. ff. de leg. 3. Bald. in l. sed & si milites in princip. ff. de excusat. tut. & Cassan. in Catalogo de Glor. mun. consid. 33. parte 4. de quo articulo ample per Doct. disceptatur in allegato cap. clerici, & præcipuè Abb. & Doct. quos ad libitum erit videre, quò fit, vt pariter
21 dicamus † Organistam perfectum Musico perfecto anteponendum esse, nam cum in eo duo concurrant scilicet, & Musicæ Theorica, & soni ad Musicam applicatio, ideo iure meritò præferri debere non est dubitandum, duo etenim vincula, magis quàm vnum stringunt cap. 1. de treg. & pac.

Hoc loci, dignum iudicaui recensere Claudium à Corrigio, famosissimum, atquè perfectissimum Organistam, cuiusquè fama vndiquè celebratur.

Huic adiungere volo admodum R. D. Nicolam Parmam Mantuanum, humanissimum equidem, aliàs circa Organicam modulationem, harmonicasquè compositiones Præceptorem meum, cuiusquè scientia, atquè virtus tam Theorico, quã practico modo in eo adeò refulget, vt ne quid maius excogitari possit.

Sed quid dicam de admodum R. D.

R.D. Stephano Nascimbeno pariter Mantuano, nunc Ecclesiæ Cathedralis huius Inclytæ Ciuitatis Papiæ Musices Præfecto meritissimo? cuius virtus, & merita illum sic patefaciunt, vt & à tota Ciuitate, & ab alijs quibuscunq; summoperè colatur.

Prætermitto Ioannem Gabrielem, Roglerium Trofeum, Cæsarem Burgum, Gulielmũ Arnonum, & quamplurimos alios, quos recensere nimis longa se offeret series.

Neq; illud (ad rem nostram redeundo) præmeditationis dignum aufugio, alicui prælationem esse dandam, quando in eo dignior consideratur scientia, vtputà in Theologo, quem
22 † proculdubio, cæteris præire non est ambigendum, cum ratione subiecti dignior reputetur, vt Abb. post Ioan. Andr. & Card. in d. c. clerici de iudit. qua de causa eò loci Dec.
23 Doctorem † Canonum, iuris ciuilis Doctori præferendum esse iudicauit, eò quia scientia iuris Ciuilis bonum commune simpliciter respicit, at iuris canonici subiectum, nedum in commune bonum, sed etiam in Deum dirigitur, per Abb. ibi & per glos. in c. cum contingat glos. 2. de iureiur.

Quapropter animi gratia, quis ordo, quænam maior dignitas cuiuis scientifico, ac artifici ascribi possit per hanc inscriptionẽ, iuxta rationalem scientiarũ diuisionem facillimè demonstratur hoc modo videlicet.

Aduertat tñ prudens Lector, qđ litterarum series, respectu ordinis scientiarum, ordine Alphabetico vno modo constituta reperitur, sed ratione subdiuisionum, altero modo, iuxta tamen opportunum locum, quidquid desiderabitur, adinuenire non erit legenti incommodum.

A. Diuisio hæc, licet Platonicis, Stoicisq; suspecta videatur, vti videre licet apud Cicer. primo Academ. quæst. Plutarc. lib. 1. de placitis Philosoph. Cap. 1. Alcinon. lib. de Doct. Platonis Cap. 3. Diogen. Laertium in vita Platon. & Diuum Augustinum lib. 8. de Ciuit. Dei Capit. 4. sic tamen commendatur ab Aristot. 2. Metaphisic. Capit. 3. vti à duplici intellectu practico scilicet, & speculatiuo comprehendere licet. Specu-
24 latiua † itaq; scientia est, quæ res sibi subiectas docet nos solum scire, & contemplari; Vnde speculatio est actio intellectus, cuius finis est sola co

gnitio eius rei circa quàm versatur.

B. Practica scientia est, quæ res, circa quas versatur, non solum docet nos scire, sed præcipuè operari, vel facere. Quamuis igitur tam speculatiuæ, quàm practicæ proximus actus sit scire, in hoc tamen discrimen est, quod scire vti actus speculatiuæ scientiæ, per se intenditur, nec aliò refertur, sed scire ipsius practicæ, non per se, sed propter aliud; Vnde speculatiua scientia longè nobilior praxi.

C.D. Diuisio hęc antiqua, à Platonicis profecta, vt inqt Eusebius de pręparatione Euangelica lib. 11. c. 1. Realis itaq; est, quæ circa ens reale, extra intellectum esse habens versatur, vt Physica Cœlum, Geometria Triangulum, & Metaphisica Deum. Sermocinalis verò, circa ens ab intellectu fabricatum versatur. Realis itaq; tum ratione obiecti, tum maioris certitudinis respectu, sermocinalem præcedit.

E. Inter reales, tres numerantur scientiæ principales, iuxta Philosophum libr. 6. diuinorum tex. 2. inter quas primum obtinet locum Metaphisica, tum propter summam nobilitatē earum rerum, quas pertractat tum qui a subalternās, atq; omnium scientiarum regina existat.

H. Quę Diuinà ex vna parte dicitur, (hoc est scientia Dei) vel quoniam hanc solus Deus habet, vel quia hæc sola continet scientiam rerum diuinarum; hæcquè sacra erit Theologia, quæ cùm verè nos doceat summam diuinitatis cognitionem omnium scientiarum prima collocanda.

I. Alteram ponimus Humanā quàm ab Aristot. habemus, in qua licet perexigua sit Diuinitatis cognitio, & secūdum omnem modum Deum non cognoscamus, multa tamen ibi pertractantur, quibus possunt mortales de ipso Deo, præsertim ipsius vnitatem adipisci, sicq; propter excellentiam rerum, quæ cognoscuntur, *alijs* realibus scientijs longè anteponenda.

G. Phisica, inter reales secundū locum capit, ipsamq; Matematicam dignitatè superat, cùm diserat de substantijs, & corporibus naturalibus, in quibus sunt styrpes, animātes, homo, & cœlum, quibus rebus nihil, est infra intelligentias excellentius, atq; nobilius, Matematica autem, de ipso accidente, diserit, & cuius cognitio in subiectum

biectum firmatur. Multi in hac Phisica fuerunt Illustres, præsertim vnus Aristoteles, naturæ miraculum.

M. Sub hac, quasi sub tutrice manet Medicina, iuxta Philosophum de Sens. & sens. cap. 1. cuius dignitas ex eo maximè spectatur, quod enim Deus ad sui imaginem fecit, Medicus conseruat, tuetur, atq; à vitijs infirmitatum emendat, cuius principium à Deo pendet, excultum postea à mortalibus, vti ab Esculapio, Hippocrate, & alijs inuenitur.

F. Matematica, nobilissima quidem scientia, cum autem (vt dictum fuit) in sola accidentiū cognitione occupetur, agit enim de quantitatibus, & his, quæ in quātitatē sunt affectionibus, non ita nobilis sicut Phisica, vnde inter reales Matematica extremum obtinet locum.

K.L. Inter Matematicas, siue iuxta diuisionem permanētis, & successiuæ, primū obtinet locum Arithmetica de numeris pertractans, Musica enim, & Geometria, atq. Astronomia, istius auxilio egent. In hac autē felix fuit Hippol. Chius, & temporibus nostris Cardanus Mediolanensis. Secundū locum obtinet Astrologia, quę de astrorum cursu, & influxu loquitur scientia mirabilis, & Diuina, nam qui eam possidēt de iuditijs loqui, ac alios euentus præscire possunt, qui tamē ex Dei voluntate, quandoquè mutantur. Huius scientiæ Inuētores fuerunt Egiptij, & præsertim Ptolomeus. Præcedit itaq. Astrologia Geometriā, & Musicam, quoniam nobilioris subiecti est consideratio, maiorisq. speculatiui intellectus operis.

Q. Hanc sequitur Musica, differentias acutorum, ac grauium sonorum sensu, ac ratione perpendens, scientia non modo speculationi, sed etiam mortalitati cōiuncta, per harmonias enim, contemplationis, & diuinarum scientiarum studia non mediocriter tutantur, nullaq. est ætas, quæ nō dulcis harmoniæ sono afficiatur gaudio, & à tristi consurgat cogitatu, vt etiam dixi in Tract. de Auctor. Notar. cap. 18. nu. 2. Scientia itaq; hæc est honorabilis, & honesta, excellentiorq; Geometria, cùm in nobilioribus actibus exerceatur. Huius Auctor fuit iuxta aliquos Tubal, secundos, alios Pythagoras.

N. Geometria vltimo loco collocatur, disciplina magnitudinis immobilis, & figuræ, quæ secundum

cundum magnitudinem est cõ templatiua, non tamen spernenda sciẽtia, per ipsam enim totius terrę ambitus,&profunditas indagatur, atq; miro modo distinguitur. AbÉgiptijs inuenta est pro necessitatè diuisionis terminorum terrę,quos Nilus innundationis tempore confundebat: In hac felices fuerunt,& Euclides, & Nicolaus de Cusa.

D. Inter sermocinales,ĩter quas primusLogicus erit,pręsertim demõstratiuus per necessarias causas docens, deinde probabi

S.T. lis topicus. Vltimo fallax Elencus. Rethorica subin-

V.R. de, quàm sequitur Poetica. Vltimo Grammatica. Harum dignitas commensuratur, non iuxta res, quæ secundum prius, ac facilius à nobis cognoscuntur, sic enim Grammatica omnes aliàs superaret,sed secundum res,quę sua aptæ natura priores sunt, atq; iuxta intellectus speculatiui maius exercitium.

X.Y. Iuxta diuisionem præhabitam, modò habendus est sermo deScientia Practica, cuius finis vtsupra dictũ est, aliò refertur ad actiones humanas dirigendas. Subdiuiditur autem ab oĩb. inter Actiuam, & Factiuã, sed quoniam in Actiua,scientifica speculatio maxima adinuenitur,in Factiua verò potius experiẽtia,& sensus, Actiua ideò, nobilitate Factiuam longè præcedit.

Z. Inter actiuas, Politica primũ obtinet locum; hæc enim illa est,quæ regimen multitudinis Regni, & Ciuitatis edocet, quodq. obiectum longè præstantius, quàm vnius familiæ, & domus rei Oeconomica, &

AA. priuati hominis vti Ethica.

BB. gubernationem administrare:sicut,& eadem ratione Oeconomica, Ethicam honore præualet,cùm eius ratio in plura se extendat, Ethica autem in solo & priuato indiuiduo consistat.

Sub Politica autem duæ partes quasi duæ sorores, ac Vniuer-

CC. si columnæ collocãtur, quarum altera Ius Canonicum,al

DD. tera Ius Ciuile parit,*sed* qa Ius Canonicum cum rationibus ferè diuinis errectum ac fundatum sit,Ius autem ciuile auctoritatibus, atq. humano consilio firmatum existat,hoc ideo illo inferius.

EE. InterFactiuas autem multę

FF. connumerantur partes, qua-

GG. rum nobilitas,iuxta,aut præ

HH. mia, & honores, aut lucra,

II. & arduum, & difficile nego-

KK. tium, aut excellentiorem

LL. manua-

LL. manualis operis operam attendi debet: Vnde Medicina practica dicta, primum obtinebit locũ, honestiori enim exercitio vtitur, quod aliæ partes haud operantur, & hanc sequuntur Militia, & Nauigatio ad bonum arduum tendentes, exindequè Agricultura, Ars fabrilis, & Lanificium, partes minus excellentes, laudabiles tamen, atq; honestæ, si diligenter exactèq; à perito artificè adhibeantur.

A PRAXI.

Praxis maxima est prærogatiua; An verò Consuetudo, mos, Stylus, vsus, Ritus, & Praxis differenter sint cõstituenda, præsens Caput, quod legere non te pigeat claro indicat ordine. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *THeorica quid sit.*
2 *Practica definitio quanam sit.*
3 *Praxis, vera legum intellectrix enuntiatur.*
4 *Interpretatio, atq; vera intelligentia à praxi desumitur.*
5 *Praxis antiqua, obseruanda est.*
6 *Legem certam, ea quæ in practica habuerunt mutanda non sunt. Quod tamen intelligas, vt ibi.*
7 *Consuetudo quid sit.*
8 *Consuetudo in scriptis redacta, & si Constitutio, & Lex vocetur, adhuc consuetudinis nomen retinet.*
9 *Consuetudo, ad hoc vt inducatur, quanam requirantur.*
10 *Consuetudo ad hoc vt præscribatur, quantum temporis spacium requirat.*
11 *Consuetudo quomodo à more differat.*
12 *Stylus quid sit.*
13 *Stylus ex sententia iudicis, siue actibus Iudicarijs inductus, quando seruandus sit.*
14 *Stylus Principis tantum operatur, quantum vniuersitatis consuetudo.*
15 *Stylus ad hoc vt inducatur, & ad illum probandum (remissiuè) quanam requirantur.*
16 *Stylus, an à consuetudine differat.*
17 *Stylus, an ius faciat.*

18 *Stylus*

PRacticus deniq; Scientificum præcedere debere contendit, quoniã
1 & si Theorica † illuminatio intellectus, & cognitio verita-
2 tis dicatur Practica tamen † vti operationis, & exercitij, aut rationis deseruiens promptitudo, vt tradit Vnzo. ad summã Rolan. in præfat. Theoricæ locum cedere non intendit, cùm
3 † veram legum intellectricem illam enuntiet Bald. in rubr. de Feud. sine culp. non amittẽ. & ideo iure meritò dixit idem Bald. in repet. l. Aemilius ff. de min. quod leges in scholis deglutuntur, in praxi verò degeruntur, quod pariter idem deduxi in 1. parte Cap. 3. pag. 187
4 nu. 5. vera siquidem † interpretatio, intelligẽtia à practica sumitur, vt in pũcto affert Alb. in cons. 285. num. 1. & præsertim
5 quando praxis † antiqua reperitur, quo casu ab ea recedendũ non est secundum Dec. in cõs. 358. incip. num. 2. propè fin. & sub num. 3. & iuxta sententiã Bal. in l. illud ff. de excusat. tut. & Petr. de Anchar. in consil. 177. incip. visis vers. quinto allegatur consuetudo, quos sequitur Dec. in c. Canonum prima Lectura num. 84. de con-
6 stit. Deniq; ea quæ † in practica certam legem habuerunt non esse mutanda dixit Ias. in l. si

rem

rem quæ nobis num. 5. ff. de acquiren. possess. & proponit, quem refert Vinc. Annibal. ad d. cons. Alb. in l. 1. num. 423. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdictio, quod tamen verum esse dicas, vbi Practica erronea non esset, quia illi non est acquiescendũ vt dicit Bal. in d. l. 1. ff. de offit. eius, & ibi Purpurat. quos ad beneplacitum videre poteris.

Veruntamen, quia sepenumerò animum habui dubitalem, an consuetudo, mos, stylus, vsus, ritus, & praxis, differenter considerandа essent, Doctorum igitur opiniones videre volui, vt dubium illud à me fugam arriperet, & ne quispiam huiusmodi articuli incertus, anceps reddatur infrascripta videat, quæ Doctorum comprobationem præseferunt.

Sciendum igitur est, quod consue
7 tudo † secundum Azo. in summa Cod. tit. quæ sit long. consuetud. est ius nõ scriptum, diu turnitatè, populi morib. comprobatum ad idem facit l. de quibus §. inueterata ff. de legibus, & §. ex non scripto, Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. & si Iac. de Aret. diffinionem antedictam eò loci reprobat, quã tamen Bart. apertè ibidem defendit, & Azonis diffinitionem magis cõmuniter receptã esse tradit Angel. Aret. in d. §. ex nõ scripto, & ideo consuetudo dicitur esse ius non scriptum, ad differentiam legis communis, quia de essentia legis, conuenit, quod scripta reperiatur, secus de consuetudine, vt ad partes disputat Bart. in l. 2. nu. 5. C. d. tit. quæ sit long. consuet.

Altera habetur diffinitio ex c. cõsuetudo prima distinct. scilicet cõsuetudo est ius quodam moribus, assiduisq, actibus hominum institutum, quod pro lege suscipitur cũ deficit lex, & quę
8 † in scriptis redacta constitutio aq; lex vocatur, & si consuetudo non desinat appellari, vt Dec. in rubr. de consuetud. num. 2. sine autem scriptis, nomen suum retinet d. c. consue-
9 tudo §. cum itaq; ad † quam inducendam, requiruntur, & frequentia actuũ à quibus nõ est recedendum l. 1. §. si is, qui nauem ff. de exercit. & quæ frequentia in iudicis arbitrio, cõstituitur, vbi numerus actuum expressus à iure non habeatur l. 1. in fin. ff. de iur. delib. cum reliquis adductis per Bart. d. l. 2. sub num. 12. propè fin. & secundo loco totius populi, vel maioris partis consensus secũdum eund. Bart. sub allegato num. 12. in princip. & ad hoc

vt iuri communi præiudicet necessarium est, vt rationabilis sit & legitimè præscripta c.
10 fin.extr.de consuetud.ad quã† præscribendam, distinguendo dixit Roman.in Sing.suo 102. quod aut consuetudo, dicitur præter legem inducta, & tunc termino annorum decem præscribi, & ea antiquata dici debere per text. in l. de quibus, & ibi glos.in verbo inueterata ff.de legibus,si verò contra legem inducta reperitur,eo casu tantũ temporis cuius hominũ memoria in contrarium non exitat requiri concludit, quod quidem adducit, esse verbum singulare Archid. in c.generali de elect. libr. 6. idem tenet Bart.in c.fin. de consuetud.

Cõtrarium verò sentit Panorm. d.c.fin.de consuet.col.10.ea ratione,quia si inueterata cõsuetudo, termino decem annorũ præscribitur,iuxta text. in d.l. de quibus,& ibi Doct.(quæ tamen præscriptio cursu incipit à primo actu, qui verisimiliter in notitiam populi, vel maioris partis venit,& iterato cùm diuturnitatè dictorum decem annorum secundum Doct. in d.c.fin. & vt consuluit Curt. Iun.in cons. 42. num. 7.) ideo idem dici debere in consuetudine antiquata, ex identitatè rationis,per text. in d. l. 2. C. quæ sit long.consuet. in verbo vsusq; longeui, idem comprobauit Ias. in d.l. de quibus col. 15. circa fin. vers. vltimo ex hac.

Vnde Barb.in cons. 5. lib. 2. incip. supremi optimi pedem sic fixit, quod scilicet ad inducendam consuetudinem cõtra ius ciuile, præscriptio decem annorum requiratur, per allegatũ §.inueterata, si verò contra ius canonicum, tunc ad hoc,vt valeat consuetudo ipsa,necesse est, vt spatio annorum L. X. munita reperiatur,& hoc omnes Doct. nemine discrepante sequi dicit,quæ omnia, & alia ingeniosè retulit Nicol.Pignolat.in addition. suis ad allegatum Romani singulare 102. quæ ad libitum videre potius.

11 Et consuetudo † à more differt secundum Iac. de Aret. in d.l. 2. C. quæ sit longa cõsuet. cúm mores causæ sint consuetudinem producentes,consuetudo verò causatum dicatur.

Contrarium tamen dicit Petr.de Sun.eadem l. 2. mores scilicet causam consuetudinis productiuam non esse, sed equidem populi consensus.

Vtrumq; tamen saluat Bar.in allegata l. 2. sub num. 10. in fin. dum dicit Iac.de Aret.causam

mediatam,& remotam,Petrũ autem causam proximam, & immediatam considerasse, & ideo vtramq; differentiam ad sui naturam applicari posse.

Stylus autẽ non benè declaratur à iure,vt dicit Angel. Aret. in d.§.ex non scripto,de illo tamẽ aliqualiter habetur in l. 1. C. de Sacr.Sanct. Eccl. & vt dicit Bart. in l. de quibus ff. de leg. Hic autem secundum aliquos, & praecipuè Ant.de Butr. in c. fin.vers.dic ergo,quod latè,de

12 consuetud. dicitur † ius non scriptum,ab vno iudice saepius circa sententias,& acta iudiciaria introductum,quod idem sequitur Petr. de Bellapert. & Cyn.in d.l. 2.quaest.C. quae sit longa consuet.

13 Aduertas tamen † quod licet dictum sit,stylum induci ex iudicis sententia,& actis iudiciarijs,id tamen intelligitur verũ quando stylus ad declarationem iuris communis inducitur,non autem contra, quo casu consuetudo requiritur, celebris est doctrina Alex. in cons. 36.lib. 2.

14 Scias pariter † quod tantum operatur Principis stylus,quãtum totius vniuersitatis consuetudo, idem Alex. in cons. 99.libr. 3.

15 Et ad hunc † inducendum, quot actus requirantur, vide eundem Alex.in cons. 20. vol. 2.Quantum verò temporis ad illum probandum requiratur, Vide Aret.in cons. 103.

Porrò etsi stylus appelletur consuetudo, ordinem loquendi, scribendi,vel procedendi respiciens, vt dixit Bart. in d. l. de quibus in secunda lectura nu. 10.& Dec.in cons. 11.col. 8.& quandoq; vnum pro altero ponatur,vt colligitur ex c. quàm graui,de crimin.fals. nihilominus,

16 stylus propriè differt † à consuetudine secundũ eũdem Dec.in rubr.extra in rubr. extra de consuet.quoniam stylus ex actibus iudiciarijs solummodo introducitur , vt dicit Bar.in d.l.de quibus,& Io.Fab. Angel.de Perus. & Aret. in d. §.ex non scripto, sed consuetudo,tam circa acta iudiciaria quam extraiudiciaria versatur qua de re haec , vsus communis,altera verò vnius hominis vsus dicitur,vt voluit Boer. in cons.8.num. 2.Idcirco dixit Paul. Castr. in l. 1. in princip. C.de Sacr.sanct. Eccles. quod stylus à consuetudine differt, tamquam genus à speciè,quocirca stylus sonat magis in factum,quàm consuetudo,iuxta sententiam Io. Andr. & Butr. in c.fin. de consuetud.& Domi

ni de Rota in antiquis decis. 710. & consuetudo potest esse contraria iuri communi, quod secus consideratur in stylo, qđ tamen intelligas iuxta ea quæ tradunt Doct. in d. l. de quibus & in d. §. ex non scripto.

Alex. tamen cons. 109. vers. & primo vol. 3. dixit nullam constituendam esse differentiam inter stylum, & consuetudinē, sed in contrarium esse communem opinionem, in actu practico obseruatam tradit Boer. in n. cons. 8. nu. 13.

17 An autem stylus † faciat ius, & distinguas, Aut stylus reperitur iuri communi repugnans & tunc ius non facit, vt notat Alex. in cōs. 36. incip. viso themate in fin. lib. 2. quem sequitur Dec. in Rubr. de consuetud. nu. 16. Aut reperitur præter dispositionem iuris communis, & sic fundatur super obseruatione, quę in iure non inueniatur, & tunc ius facit c. ex litteris, & ibi Dec. de constit. c. litteras de iur. Cal. & is seruandus est, siue ordinatoria, siue decisoria respiciat secundum Angel. in cons. 308. incip. factum col. fin. & Fulgos. in cons. 76. incip. quidam col. 2.

18 quo casu in decisionibus † causarum allegari potest, vt eleganter assert Bart. in l. 4. in fin. ff. de testib. vide tex. in l. Labeo & ibi Bened. de Plumb. ff. de statu lib.

19 Quinimo iudex † secundum talem stilum nō iudicans facit litem suā, vt dicit Ias. in auth. iubemus C. de iud. & pręcipuè quando stylus notorius est, quo casu sententia contra illū lata non valet secundum Ias. loco proximè supracitato.

Iterum distinguas scilicet, Aut loquimur de stylo inducto ab habentibus supremam potestatem, & tunc aut stylus est antiquus, & vsitatus, & eo casu ius facit, aut varius, & tunc inducentis stylum iurisdictione expirata, & ipse euanescit, per contrarium stylum postea inductū, nisi tamen illius prioris fuerit secuta successoris approbatio prout sæpius id in Curia Romana obseruatum vide

20 mus, & quæ † circa styli mutationem volubilis est, & ad placitum Pontificum Auditorum Rotæ, & Aduocatorum, iuxta ea quæ tradit Io. And. in c. 1. de elect. lib. 6. in nouell. & Fælyn. in c. Rodulphus §. cæterum, col. 2. de rescript. si verò inductus reperiatur ab inferioribus curijs, in quibus sic de facili nō potest mutari sed imo obseruandus est, eo itaq; casu nō est ambigendum quin ius

ius faciat l.more,& ibi Lancellot.Curt·Iun.& Alex.ff.de iurisd.omn. iud.

21 Nec vsum † prætermittam⁹ quotidianum,qui in causis approbandus est, iuxta dictum, Spec. in §. nunc de exordijs vers. Aduocatus igitur tit. de de Aduoc. per text.in l.incerti C.de condit.indeb. vsus nam-

22 què † & ars docuit, id quod omnis homo sapit, vt dicit idē Spec.in princip.quartæ Partis.

23 Hic autem † vbi longeuus esse reperiatur, proculdubio seruandus est c. mos antiquus 6. distinct.l.1.C. de veter. iur. enucl. clem. sæpe §. sed si quæ & §. & quia vbi Card.de verb. significat.

24 Differt tamen † à consuetudine, quia vsus, in factum magis sonat (vt idem facit stylus, vt supra) sed consuetudo,in ius & vsus videtur causa consuetudinis non tamen immediata, sed mediata, quoniam ex vsu tacita voluntas colligitur, ex qua immediatè consuetudo inducitur, vt optimè nōnullis cumulatis adducit Dec. in sæpius allegata Rubr.de consuetud.num. 17.

25 Quomodo autem † differat vsus à stylo,vide quæ notat Io. Andr.in c.fin.de consuet.& aliquid ab Alex.in cons.39.in fin. lib. 3.

26 Sed an vsus † qui etiam mos appellatur ex allegato c. mos antiquus, à consuetudine differat, circa huiusmodi articulum breuiter distinguendum puto, Aut largè,aut strictè accipitur Primo quidem casu, vsus & consuetudo parificantur, quoties generaliter, & secundum communem obseruantiam accipiantur,vt innuere videntur Doct.locis supra citatis, & pręcipuè Aret.in d.§. ex non scripto,Secundo verò casu, dum strictam recipit interpretationem, iuxta cuiuslibet particularem obseruantiam tunc, secus considerandum est,quoniã vsus siue mos, appellatione cō suetudinis inductus,non sic de facili tolli potest, sicuti vniuscuiusq; particularis actio, ad primum adducitur illa iuris conclusio, scilicet consuetudinē inducere legem, quinimo

27 haberet † vim decreti, vt voluit Barbat.in cons.26.incip. sapiēter col.4. libr. 2. ad secundum verò succedit Ciceronis sententia in libro de Amicitia scilicet [Mutari etiam mores hominum, aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingrauescente] quē refert Neuizan.in Sylua nupt. num. 12.lib. 2.

Vsui autem, & stylo accommodatur etiam ritus, quoniam ad

28 idem

28 idem tendit in hoc tamen† differunt, quod vsus, & stylus ac mos generaliora nomina dicũtur, quàm non sit ritus, quoniã vsus, & stylus ad omnia, quæ sibi applicãtur referri possunt, sed ritus tantummodo ad ea, quæ versantur circa Cæremonias Ecclesiasticas, vnde videmus inscriptionẽ tituli in Missalibus, & seu alijs Ecclesiasticis libris, scilicet de Ritu celebrandi Missam, & alibi Ordo celebrandi Diuinum Officiũ, iuxta ritum S. Romanæ Ecclesiæ cum simil. atq; etiam, ea quæ versantur in Curia Romana, in foro contentioso, & de quibus loquitur Nicol. Carbonus in sua practica practicarũ.

29 Et licet † consuetudo, mos, stylus, vsus, & ritus propriè differant vt supra nihilominus sæpe numero, alterum pro altero accipitur, vt dicunt Ioannes Fab. & Aret. in d. §. ex non scripto Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. quos refert Boer. sæpius allegato cons. 8. in princip.

Et ea omnia, vt ijs species, comprehenduntur sub generali Praxis nomine (impropriè tamen

30 loquendo) quoniam Praxis, † iuxta cõmunem loquendi vsũ, qui attendendus est l. librorũ §. quod tamẽ Cassius ff. de leg. §. cum simil. intelligitur versari, circa ea quæ frequenter in iudicijs accidunt, vt innuit Boer. d. cons. 8. num. 21. circa medium, dum dicit [& ita vidi pluries in curia vestra practicari] & de hac loquuntur pariter, & Bart. in l. 4. in fin. ff. de testib. & Bald. in c. 1. de feud. sine culp. non amitten. quam Azo in summa Cod. tit. quæ sit longa consuet. num. 6. conditricẽ legis, abrogatricem, & intellectricem appellat. per text. in d. l. de quibus §. vlt. ff de legib. & in d §. ex non scripto.

Hanc hercle speculatiuo, & legali intellectui adiectam possident celeberrimi, atq; integerrimi viri, & circa Ecclesiastica Ill. & admodum R. D. Marius Antoninus Curiæ Episcopalis Papiæ Vicarius Generalis meritissimus, & circa secularia Perill. Laurentius Polus, Aemilius Summarippa, Bartholomeus Piso, & Fuluius Turrianus Prætor Iudex, Vicarius, & Reg. Aduoc. Fiscalis in hac Inclyta Vrbe nunc residentes, quibus, ea quæ ad forum contentiosum spectant adeò nota existunt, vt absq; inuestigatione aliqua, illorum demonstret probitas.

His adijcio I. C. integritateq; præstantem Io. Iacobum Lugum, qui iudiciariã practicam iuris conco-

concomitantiam habentem, adeò probè retinet, vt & in cri criminalibus, & in ciuilib. quæstionibus decidendis, facillimus reperiatur, & ob eius singularia virtutis merita ad eximias dignitates, meritò fuerit promotus.

Neq; tandem omitto I.C. Homo bonum Redanaschum, nũc in admirabili Vrbe Mediolani coram Excellentissimo Senatu Aduocatum Præstantissimum aliasq; in hac Inclyta Vrbe Vicarium iure meritò creatum, qui adeò, & in Foro practicantes, & quoslibet scientificos admirabiles reddidit, atq; redit, vt herclè omnes illum perpetuò laudabilem dignè pdicẽt.

Valde igitur commendandus est Practicus simplex, sed multo magis Practicus, & Theoric⁹, cum duplici vinculo sit cohonestatus, vt diximus supra.

Maximę profectò prærogatiuæ dicitur esse Praxis, quia & si exemplis iudicandum non sit l.nemo C. de sentent. & interlocut.om. iud. Panormit. in c. si quando, super glos.penult.& fin.de rescript.& Ang.de Aretio in l.si expressim, col. 2. de appellat. quinimo secundum communem opinionem iudicandum sit, vt præter cæteros dixit Fulgos.in cons. 30. incip. Titi⁹ in testamẽto, circa med. nihilominus, ea non procedit
31 regula quoties † alia opinio esset consuetudine approbata l.minimè, & l. si de interpretatione ff.de legib.c.cùm dilecti⁹ de consuetud.cum reliquis adductis à Neuiz. in Sylua nupt. num.64.lib. 5.

Praxis igitur laudabilis, cũ in arte peritis credendum sit l. 1.ff. de vent.incip.c. proposuisti, & ibi Dec. in vlt. notab. de probat cum simil. dummodo erronea non sit, vt dixi in princ.pręsentis cap. Ideo dum legitima sit, inconcusè obseruari debet
32 quandoquidem super † experientia fundata dicatur, & proinde dixit Ang. in cos. 110. incip.Sanctissima, col.4 quod tã
33 tum † scientia à practica distat, quantum tactus à visu intellectuali, quia experientia est sicut lapis, quo probatur aurum Hanc igitur fideliter, & legitimè obserua, quoniam, vt dicit Bal.in cons.303. incip. præsu-
34 ponendum ad fin.lib.3.boni † styli seruandi sunt, quia iuuenti à peritioribus, quam si bona fide sequeris, & apud Deum gratiã, & apud homines beneuolentiã, & pecuniarũ emolumẽtũ, absq; dubio reportabis.

F I N I S.

